

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dissertatio Philologica De Sepultura Josephi Patriarchae

**Carpzov, Johann Benedict
Ibbeken, Rudolph**

Lipsiae, 1697

Josephi Patriarchae

urn:nbn:de:bsz:31-10271

כש

§ I.



Renati Cartesii vitam Gallica lingua descriptam, & Parisiis Anno MDCXCI. editam celeberrimi Actorum Eruditorum Collectores, sequenti anno MDCXCII. mense Junio recensuere. E qua post alia memoratu non indigna p. 287. referunt, ipsum Holmia Anno M DC L defunctum, & ejus corpus in cœmeterio Orphanotrophii, ubi nunc S. Olai sanum est, sepultum. Plus quam tribus deinceps ab ejus obitu jam exactis, Anno nempe M DC LXVI. Alibertum, Generalem Francia Thesaurarium, veteris amicitia memorem, veniam impetrasse, sacrum illud depositum è Suecia in Galliam transportandi, unde solennibus ceremoniis Cartesii cineres ac ossa in presentia Gallici tunc Legati Terloni effossa, cupreoque sarcophago inclusa fuisse; ac postmodum, cum ineunte Anno M DC LXVII. Lutetiam delata essent, magnâ cum pompâ die sequenti 24. Junii in Basilica S. Genovefa de Monte sepultura tradita fuisse. Factumne hoc ex superstitione, an odio religionis Evangelicæ, ne inter hæreticos scilicet ossa viri Romanensium sacris, dum viveret, addicti, recubent, (quod Chanuti, Gallici in Suecia Legati cautio, ne in templo Regum sepulchris superbiente terræ mandaretur, sed in cœmeterio, quod aliquos religionis consortes capiebat, sepeliretur, ferè arguit,) & num ab amico id ante obitum petierit Cartesius? non disquiremus. Res ipsa certe uti commodis carebat, nihilque sive corpori, sive animæ pridem demortui afferebat emolumenti, ita consilio inepto stolidoque acta nobis videtur.

§. II. Fuit tamen aliquando, cum sapienter & sancte tale quid desideraret *Josephus Jacobi filius*, pieque ejus jussa exequerentur Israelita, diu post illius obitum ex Ægypto in Palæstinam migrantes. Laudat enim factum Apostolus, & inter fidei documenta refert: *πίστις Ἰωσήφ τὰ θάνατον περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε, καὶ ὡς ἰδίῳ ὅσων ἐνεείλατο*, Fide *Josephus moriens de exitu filiorum Israel meminit, & de ossibus suis mandavit*, inquit *Hebr. XI, 22.* Dignum omnino attentione & meditatione Theologorum, qui cum in *Thess* versantur, articulum de fide exemplo hoc egregie confirmant. *Chrysostramus Homil.*

A 3

XXVI.

XXVI. in Hebr. fol. 1919. ἐ Ἰωσήφ ἐν ἀλλοτρίᾳ ᾧν, καὶ εἰδὼν ὄρῳ ἐκ-
 βεβηκῆσαν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, εἰδὼ κατέπεσεν, ἀλλ' ἔτιως Πίστευσεν, ὡς
 καὶ πρὸς τῆς ἐξόδου εἰπὼν, καὶ πρὸς τῶν ὀσῶν αὐτῆ ἐνετείλατο. ὡς
 ἀρχὴ μόνον αὐτὸς Πίστευσεν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας ἐκίνησεν εἰς
 πίστιν, ἵνα αὐτὸς μεμνημένοι, ὅτι οὐκ ἂν πρὸς τῶν ὀσῶν αὐτῆ ἐπιεί-
 λατο, εἰ μὴ σπεπληροθόρητο, περισκεύῃ τὴν ἐξόδον. Josephus
 cum esset in terra aliena, & necdum videret evenisse predicationem,
 ne sic quidem despondit animum, sed ita credidit, ut etiam diceret de
 exitu, & de suis mandaret ossibus. Non ergo ipse solus credidit, sed
 etiam alios induxit ad fidem, ut semper recordantes, quod non mandas-
 set de ossibus, nisi id sibi certo fuisset persuasum, expectarent exitum.
 Habent insuper, quod in everfione Antitbesos agant, cum ex eo Pon-
 tificii, Bellarminus lib. II. de Reliq. Sanctior. c. III. Alphonfus à Castro
 lib. XIII. aduers. Hæreses, titulo: Reliquia Sanctior. & alii, pro asserendo
 reliquiarum cultu disputant. Et egerunt hoc præclare è Nostris Ger-
 hardus lib. II. Conf. Cath. part. II. art. X. cap. III. p. 675. & è Calvinia-
 nis Rivetus Exercit. CXCI. in Genes. Tom. opp. fol. 712. Sunt & alia, quæ
 hinc eliciuntur, non pauca Religionis Christianæ dogmata, Sed in istam
 Theologorum messem falcem nostram non immitteremus; saltẽm histo-
 riam Sepultura Josephi notis quibusdam Philologicis illustrari.

§. III. In hac tradenda tria Scripturæ loca concurrunt. Primus
 est Gen. L. 24. 25. 26. qui & Josephi de sepultura sua mandatum, & cor-
 poris post obitum pollincturam, atque in loculo asservationem descri-
 bit: וַיֹּאמֶר יוֹסֵף אֶל-אֶחָיו אֲנִי מֵת וְאֱלֹהִים פָּקֹד יִפְקֹד
 אֶתְכֶם וְהָעֶלְמָה אֲתָכֶם מִן-הָאֶרֶץ הַזֹּאת אֶל-הָאֶרֶץ אֲשֶׁר
 נָשָׁבַע לְאַבְרָהָם לֵאמֹר וְיָשָׁבַע יוֹסֵף אֶת-בְּנֵי
 יִשְׂרָאֵל לֵאמֹר פָּקֹד יִפְקֹד אֱלֹהִים אֶתְכֶם וְהָעֶלְמָה
 אֲתָכֶם עֲצָמֹתַי מֵיָם: וַיִּמָּוֶת יוֹסֵף בֶּן-מָאָה וְעֶשְׂרִים
 שָׁנָיִם: וַיִּחַנְטוּ אֹתוֹ וַיִּשְׂמוּ בְּאֵרֶן בְּמִצְרַיִם: Dixit autem Josephus ad
 fratres suos: ego morior: & Deus visitando visitabit vos, & educet
 vos ex hac terra, in regionem, quam juravit Abrahamo, Isaaco & Ja-
 cobo. Idcirco adjurabat Joseph filios Israel, dicendo: Cum visitando
 visitabit vos Deus, abducatis ossa mea hinc; Tunc moriebatur Joseph,
 cum centum & decem annis vixisset. Et condiderunt cum aromatibus, &
 positus est in arcam in Egypto. Secundus est Exod. XIII, 19. qui af-

affervati corporis exportationem ex Ægypto religioſe à Moſe cum populo emigrante obſervatam narrat : וַיִּקַּח מֹשֶׁה אֶת-עַצְמוֹת יוֹסֵף עִמּוֹ כִּי הִשְׁבַּע הַשָּׁבִיעַ אֲרֻכְבֵי יִשְׂרָאֵל לֵאמֹר בְּקֹר וּפְקֹד אֱלֹהִים אִתְּכֶם וְהֶעֱלִיתֶם אֶת עַצְמוֹתַי מִזֶּה אֲתָכֶם : *Et sumſit Moſe oſſa Joſephi ſecum; quia adſurando adſuraverat filios Iſrael dicendo: Viſitando vos Deus viſitabit, & abducatis hinc oſſa mea vobiscum. Tertius eſt Joſ XXIV, 32. qui reliquiarum iſtarum ex Ægypto in Palæſtinam translatarum decentem humationem perſequitur, ut ultima voluntati Patriarchæ plenè ſatiſfactum conſtet :*

וַיִּסַּף אֲשֶׁר הָעֵלוּ בְנֵי-יִשְׂרָאֵל מִמִּצְרַיִם קָבְרוּ בְּשֵׂכֶם בְּחֶלְקֵת הַשְּׂדֵחַ אֲשֶׁר קָנָה יַעֲקֹב מֵאִתּוֹ בְּנֵי-חַמּוֹר אָבִי שֵׁכֶם בְּמָאוֹר קְשִׁטָּו וַיְהִיו לְבְנֵי-יוֹסֵף לְנַחֲלָתוֹ : *Et oſſa Joſephi, que adduxerant filii Iſrael ex Ægypto, ſepeliverunt in Sichem, in parte agri, quem emerat Jacob à filio Chamor patris Sichem, in parte agri, quem emerat Jacob à filio Chamor patris Sichem, centum nummis, & ceſſit filiis Joſephi in poſſeſſionem.*

§. IV. Cæterum quoad *Grammaticam* nihil offert difficultatis hæctriga ſacrorum textuum in fortibus, niſi in unica voce loci primi verſ. 27. וַיִּיצֵר לֵי וּכְתִיב וּקְרִי *Non reperitur amplius, atque uti ſcribitur, ita & legenda eſt.* Nempe anomalam plane docet eſſe, non tamen corrigendam, divinæ quippe inſpirationis, à qua non recedendum ſit. Quare crucem Grammaticis fixit, etiam Hebræorum doctiſſimis, de forma pariter & radice ambiguis. Audiamus ſententias. R. Aben Efra à יִישׁ deducit, & ſententiã eorum, qui à שׁוּם deductam & paſſivam eſſe volunt, rejectã, imperſonaliter putat ſumendam, ſenſumque ſupplendum hoc modo: וַיִּישׁ בְּאֶרֶן שׁוּם אוֹתוֹ אַחַר וְהִנֵּה הִשְׁרֵשׁ יִישׁ עַל מִשְׁקְלָו וַיִּיצֵר וַיֵּאמֶר יוֹנָה הַמְדַקְדָּק כִּי הַחִירֹק תַּחַת שׁוּרֵק וְהוּנָה רַחֲוֹק וַיִּיצֵר וַיֵּאמֶר יוֹנָה הַמְדַקְדָּק כִּי הַחִירֹק תַּחַת שׁוּרֵק וְהוּנָה רַחֲוֹק *Verbum וַיִּיצֵר ſignificat idem, ac poſuit eum aliquis. Radix enim eſt יִישׁ ad formam וַיִּיצֵר. Dicit quidem R. Jonas Grammaticus, Chirek pro Seburek poſitum eſſe; Sed longius hoc mihi videtur petiitum.* Contra R. Salomon ben Melech in *Michlal Joſphi* rejectã Aben Efra ſententiã à שׁוּם deducit: וַיִּישׁ שׁוּרֵק שׁוּם ומשפטו וַיִּישׁ וְכֵן פֶּתַח קֶטֶן תַּחַת פֶּתַח גָּדוֹל וְהַחִירֹק תַּמּוּרַת הַשׁוּרֵק כְּמוֹ וּפֶתַחוֹ שְׁעָרֵיךְ תַּמִּיד : וַיִּשׁ מִפְרָשִׁים שֶׁהוּא עֵקֶד אַחַר

אחר שרשו ישם בפלס ויצק דם המכה מן יצק ופירושו וישם אותו
 המשיח בארון וכן ויאמר ליוסף חסר האומתו וזכן ובמכלל
 טוים. *Ordinarie deberet esse Radix verbi וישם והראשון נכון*
ויהים, sed ponitur hoc loco Segol pro Patach, & Chirek pro Schurek,
sicuti Jes. LX, 11. Alii aliter derivant, & radicem ejus faciunt ישם
secundum formam ויצק 1. Reg. XXII, 35. quod est ויצק, ut sensus sit: &
posuit eum, sc. ponens aliquis in arcâ, quomodo sensus supplendus etiam
in illo, Gen. XLIX, 1. & dixit ad Josephum; ubi etiam nulla fit mentio
ejus, qui dixerit, cujusmodi exempla passim occurrunt, & in libro Mi-
chlol citantur. Sed prior explicatio est preferenda. Quæ & R. Davidis
Kimchii est in Michlol fol. 131. è quo hoc suo more excerptit Aben Me-
lechus. Consentit Chassekumi ad h. l. fol. 47. וישם בארון וישם
כמו וישם ער משקל על בשר אדם לא ייסך
ad formam וישם Exod XXX, 32. Ad quem Exodi locum, ipse
 Aben Ezra non diffitetur convenientiam utriusque vocabuli, ex sen-
 tentia R. Marini: אמר ר' פריטס כי ייסך כמו ויכך וכמו וישם בארון:
 וישם וישם כיון ויסך *sicuti ויסך fit pro וישם*
Gen. L, 27. pro וישם ponitur. E Christianis cum Aben Ezra sentit do-
 ctissimus Mercerus *Prælect. in Genes. h. l. fol. 747. Sed Kimchio & Aben*
 Melecho ad stipulantur Buxtorffius *lib. I. Thes. Gramm. c. XXI. p. 231. &*
 Wafinuthus *Hebr. Reflit. Reg. XXXVI. p. 170. quorum sententiam & nos*
 alteri præferimus.

§. V. Circa *Accentuationem* quoque unicum tantum Anomali-
 am, sed admodum alibi frequentem, observamus, in eodem loco *vers. 25.*
 cum Moses Josephum ad fratres suos dixisse scribit: *אנכי מת Ego mor-*
 rior. *Athnach* enim ordinariè requirebat ante se servum *Munach*, Pro-
 nomen cum Participio actissime conjungentem, in ejus tamen locum
 præmittit Subdistinctivum suum *Tiphcha*, Regem Minorem; non qui-
 dem, ut plene præstet officium distingvendi, interim tamen celerem a-
 liàs per Servum vocis decursum quadantenus moretur, doceatque, Pro-
 nomen *אנכי Ego* cum gravitate quadam pronuncianum, utpote in
 quo sensus *ἐμψαλακῶδες* lateat. Qualem & in parallelo quoad Accen-
 tuationem, *Gen. XXXVII, 21.* observare est, cum Rubenum Moses di-
 cit fratrum de occidendo Josepho consilia audivisse, additque:
 ויצלחו מידם & eripuit eum è manu eorum, ante *Athnach* itidem

posito *Tiphcha* pro *Munach*, in verbo יְהוֹשֻׁעַ ἐμφατικώτερος efferendo, ad singularem Rubeni fervorem, & ardentissimum effectum, indeq; proveniente cripiendi conatum exprimendum. Id quod aliis exemplis probatum dedit *Wasmuthus Instit. Accent. Reg. V. p. 136. sq.* Hic ergo *Josephus* suam fratribus mortem nunciaturus: *Ego*, inquit, *mori*or. *Ego*, inquam, qui non frater modò vester, sed & vivo aq; ac mortuo Parente, pater vobis exstiti; ille *ego*, qui & Patris pater & pater totius *Ægypti* fui; *ego* morior, quo vivente aurea tempora habuistis, sed mortuo novus Rex exsurgat, qui vos, vestrosque posteros crudelissimè suppressere conabitur. Absit tamen ut animum despondeatis, dum *ego* morior; quia *Deus visitando visitabit vos*, &c. Ur adeo simul oppositio inter אֲנִי *ego*, & אֱלֹהִים *Deus* autem, fiat ἐμφατικώτερον. Atque hanc ipsam emphasin attendendam esse docet *R. Abarbanel Comm. b. l. f. CXXIII. col. 3.* licet de Accentuatione parum sollicitus: $\text{דָּבַר עַל לִבְּךָ כְּמִמְרוֹ אֲנִי מֵת רַחֵם לִי אֶת אֹכְלֵי הָדָבָר לִבְּךָ עַד אֲבֵר עִנְיִי אֵל תְּתוֹשֵׁן כִּי פֶקֶד יִפְקֹד אֱלֹהִים אֶתְּכֶם וְהִעֲלֶה אֶתְּכֶם מִן הָאָרֶץ הַזֹּאת וְכוּ׳$ *Loquebatur ad cor ipsorum, cum diceret: EGO MORIOR, q. d. Non potero amplius prodesse vobis; Interim tamen, licet id ita sit, ne despondeatis animum, quia visitando visitabit vos Deus, & educet vos ex terra hac, &c.*

§. VI. His de Grammatica & de Accentuatione ad Textum sacrum præmissis, *Flavium Josephum* conteramus, qui mortem & sepulturam *Josephi Patriarchæ*, *libr. II. Antiquit. Judaic. cap. IV. fol. 53. seq.* his verbis describit: $\text{Τελειτῶ δὲ καὶ ἔτι (Ἰωσήφ) ἐπὶ βιωσῶς ἑκατὸν καὶ δέκα, θαυμάσιον τὴν ἀρετὴν γενόμενος, καὶ λογισμῶ πάντων διοικῶν, καὶ τὴν ἐξουσίαν λαμβανόμενος. ὃ δὲ καὶ τῆς ποιότητος Ἀδαμίου μίας αἰτίας αὐτῷ πρὸς τοῖς αἰγυπτιοῖς, ἀλλαχόθεν ἤκουσεν καὶ μετὰ τοῖς αὐτοῖς κακοπραγίας, μετὰ τῆς πατρὸς ἡμετέρας ὑπέστη. τελειτῶσι δὲ αὐτῷ καὶ οἱ ἀδελφοὶ ζήσαντες, Ἀδαμίου ὅτι τῆς αἰγύπτου. καὶ τῶν μὲν τὰ σώματα κομίσαντες μετὰ χρόνον αὐτῶν οἱ ἀπὸγονοὶ καὶ οἱ παῖδες, ἐθαύσαν ἐν χεβρώνι. τὰ δὲ Ἰωσήφου ὅτι ὕστερον ὅτε μετανέστησαν ἐκ τῆς αἰγύπτου οἱ ἐβραῖοι εἰς τὴν χαναναίαν ἐκόμεσαν. ἕτως γὰρ αὐτὸς ὁ Ἰωσήφ ἐξώρκει. i. e. Moritur autem & ipse, (Josephus) centesimo & decimo vite anno exalto, vir admirabili virtute praeeditus, in omnibus negotiis prudens, & potestate bene usus: quibus artibus fa-$

Etum est, ut neque externum genus, neq. calamitas, de qua diximus, quicquam effecerit, quo minus ad summam dignitatem eveheretur. Reliqui etiam fratres, pitâ feliciter exactâ, in Ægypto sunt mortui, quorum corpora filii & nepotes in Hebronem relata sepeliverunt. Josephi autem ossa postea translata, sunt in Chananaam per Hebræos, dum ex Ægypto populariter migrarent. Hoc enim ipse adjuratis prius mandaverat. Hæc ille, qui (1.) vera quidem narrat, cum exuvias fratrum quoq; Josephi, æque ac ipsiusmet Josephi ex Ægypto in Palæstinam translatas memorat, quod sine dubio è majorum traditione hausit. Hæc tamen quia (2.) eodem tempore, quo DEI jussu, Duce Mose, egressi cineres atque ossa Josephi secum apportabant, factum hoc asserit, uti inferius exponetur, ipse incertus fuisse Historicus videtur, an à sua quisque tribu statim à morte conditorio illatus, & postea solius Josephi ossa in solenni exodo translata fuerint? quod ferè contra suorum fidem affirmat. Idem (3.) de sepulturæ loco conspicimus, relinqui lectorem ambiguum, utrum Josephus eodem cum fratribus in Hebrone, an alio alibi sit tumulatus? In eo autem (4.) manifestè fallitur, quod Hebronem statuit sepulcrorum fratrum corpora excipientium locum. Falsum hoc esse, docuit Stephanus omni exceptione major, *Act. VII, 5. 16.* ubi non Hebrone, sed in agro Sichemítico terræ mandata ait: ἐπιλάσθησαν αὐτῶν καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. καὶ μετέθηκεσαν εἰς Συχέμ, καὶ ἐτάφησαν ἐν τῷ μνήματι ὃ ἐκτίθειτο Ἀβραάμ, πρὶν δὲ γενεῆς τῶν υἱῶν ἐμῶν εἰς Συχέμ. Mortuus est ipse (Jacobus) & patres nostri (in Ægypto.) & translati sunt in Sychem, & positi sunt in sepulchro, quod erit Abraham pretio argenti à filiis Hemor, filii Sychem. Quod testimonium etsi Flavius ignorabat, non tamen excusari potest ipsius error, cum illo adhuc tempore omnium sermones conditoria ista celebrarint. Nam & Hieronymus Paulam memorat transivisse Sichem, atq; inde divertentem vidisse duodecim Patriarcharum sepulcra, ut habetur in Epitaphio illius *Epist. XXVII. ad Eustochium virginem, Tom. 1. opp. fol. 113.*

§. VII. Jam ut rem ordine persequamur, singula, quæ ad sepulturæ hujus historiam observanda sunt, in *Antecedentia*, ipsum *Factum*, & *Consequentia* dispartiemus.

§. IIX. Ad *Antecedentia* pertinet (1.) Josephi de ea mandatum, quod moriturus dedit fratribus. Fratribus, inquam, aliter ac ejus Pater Jacobus fecerat, qui eum non in Ægypto, sed in Palæstina sepeliri simi-

similiter vellet, negotium hoc Josepho caterisque filiis imponebat, Gen. XLVII, 19. seq. L, 12. Quare hic quaestionem Rabbini movent, cur fratrum, non autem filiorum fide id tradiderit? Et parata quidem passim responsio, Jacobum Josephi filios, Ephraimum & Manassen, noluisse inter nepotes, sed filios suos numerari, Gen. XLIX, 5. 6. adeoque in eadem cum fratribus classe reponendos à Josepho fuisse. Unde Moses de nepotibus & pronepotibus Josephi monuerat in *preced. vers. 23. 24.* nihil autem dixerat de filiis, ad quem locum R. Abarbanel: **ספר הכתוב: שראיה יוסף לאמר בני שלשים ומנשה בנים שניים ויהיה נתקיים כלשון אביו ומלדתך אשר הולדת אחריהם כי הויה עצמו לה הולדת אלה מנשה ואמר:** *Commemorat Scriptura, vidisse Josephum Ephraimi filios in tertiam usq. generationem, & Manasse filios usq. in secundam; quo ipso confirmatum est illud, quod Pater ejus ei dixerat Gen. XLIX, 6. Generatio tua, quam generaturus es post eos, tui erunt, &c. Nam is ipsemet nullos filios genuit, nisi Manassen & Ephraimum.* Fratres ergo suos, æque ac filios, ad officium sibi præstandum obstrinxit; sic tamen, ut singulorum posteros simul devinciret, si maxime fratres ipsi ad unum omnes è vita ante emigrationem decessissent Raschi ad Exod. XIII, 19. **השביעם שישיבם** Adjuravit illos, ut illi porro posteros suos adjurarent. Id permutatione vocabulorum, quod cum Scriptura *vers. 25.* Josephum hoc אחיו אלה ad fratres suos locutum dixisset, postea *v. 26.* adjurasse pronunciet **את בני ישראל** filios Israel, observat R. Bechai ad *b. l. fol. LXV. col. 4.* **היה הכתוב ראוי לומר וישבע יוסף את אחיו אלה מלמד שהשביע לכל מי שהויה מבני ישראל:** *Debat hoc loco Scriptura dicere: Et adjuravit Josephus fratres suos; Epimvero dum ejus loco ait: filios Israel, hoc ipso docet, quod juramento obstrinxerit unumquemq. de filiis Israel. Ut frustra casum finxerint Talmudici in Gemara Mass. Sota, editionis Dn. Wagenfeldii, p. 298.* **אי לה איעסקו ביה** Si Israelita non fecissent officium, an filii ejus hac non curassent? eumque sic Magistraliter deciderint: **הכתוב והיו לבני יוסף לנחלת אמרו הנהו לך כבודו כמרוכבין יותר מבמגעטן אמרו הנהו לך כבודו כנחלותם** *Scriptum, est (Jof. XXIV, 32.) Et fuerunt filii Josephi in possessionem. Dicebant nempe, linquamus hoc, majori enim honori illi erit, si multi, quam si pauci eum sepeliant. Linquamus hoc,*

majori enim honori illi erit, si viri illustres, quam si tenuioris sortis homines eum sepeliant. Sensus est, constare ex citato loco, utique hæc curaturos fuisse Josephi filios, quippe qui vel sic hoc pietatis in parentem, officium sibi vindicassent solis, nisi omnium justa persolvendi studium in ampliorem dignitatem Parenti cessisset.

§. IX. Majoris momenti quaestio est de ratione, qua Josephum in hoc desiderium induxerit? In eâ explicandâ prolixus est suo more R. Abarbanel fol. CXXIII. col. 3. Querit: למרו השתדר? Quam ob causam tam sollicitè curavit Josephus, ut in terra Canaan sepeliretur? Responder: כבר התעוררו הדל ואמרו למה האבות תובעים קבורת הארץ אר' אליעזר דברים כגו מאי דברים כגו אר' יחושע בן לוי אתה לך לפני יי בארצות כגו Pridem disceptarunt sapientes nostri benedictæ memoria, quid ad quaestionem, cur Patres tanto conatu petierint sepulturam terræ sanctæ? respondendum sit. R. Elieser dixit: Res consideratione digna in ea latent. Sed quanam sunt res illæ consideratione dignæ? R. Josua ben Levi dixit, indicari eas in illo, Psal. CXVI, 9. Ambulabo coram Domino in terris viventium. &c. Ex hujus Rabbini sententia Patres id operam dedisse ait Abarbanel, ut corpus suum veluti ministerium sanctitatis bene custodirent. Unde pergit: יען היתה קבלה בידם שארץ ישראל היא ארץ החיים שבה תחיות מתים וכל בני ישראל המתים הוציא לארץ יהו כהגלגלים לזמן התחיה עד היותם בה וכל היה מרחם להיות נקברים שמה: Quoniam traditione acceptum tenebant, quod terra Israelis esset terra viventium, in qua speranda sit resurrectio mortuorum, & quod omnes Israelite extra hanc terram mortui per terræ cavernas revolvendi sint in tempus resurrectionis, donec in eam perveniant; propterea eò laborarunt, ut sepelirentur ibi. Communis hic est Judæorum de גלגול Revolutione mortuorum, quam & המחלות Revolutionem cavernarum vocant, error, quasi omnes, qui extra terram Israelis sanctam, in immunda ethnicorum regione moriuntur & sepeliuntur, per subterraneos meatus ad terram Israelis non sine angustia revolvantur, ut revolutionis hujus beneficio beate aliquando resurgant. De qua passim agunt, quotquot Judæorum doctrinam tradidere; sed omnium tamen diligentissime conquestis undecunque Rabbiorum testimoniis exposuit Theodor. Dallovius de resurrect.

Mor-

Martuor. cap. VI. p. 187. sqq. Eum hodieque adeo errant, ut non desint, qui ad præcavendam revolutionis istam molestiam ante mortem eò proficiscantur. Quod ante annos aliquot *R. Judam Selket, Archisynagogum Viennensem* fecisse refert *Hilarius Præf. ad R. Jedaja Bakkascham, circa fin.* qui tamen vix ingressus iter Budæ in Pannonia occubuerit, atque ita subterraneas cavernas longo anfractu permeare adhuc teneatur. Idem ergo sanctissimos Patriarchas, Jacobum & Josephum, in animo habuisse, in Cananæa ideo sepeliri cupientes, ut *מחלות צער גלגול angustiam revolutionis cavernarum* averterent, neque ex Ægypto per penitissimos terræ meatus, instar doli vinarii eò devolvi cogentur, vulgus Judæorum credunt, à *Parfchandatha suo Raschi* sic edocti, qui *ad Gen. XLVII, 29.* mandatum Jacobi Josepho de corporis sui translatione datum expositurus, diserte hoc inter causas allegat, quasi dixisset Patriarcha: *שאין מתי חוצה לארץ חיים אלא בצער גלגול מחלות* *Quia qui extra terram promissam moriuntur, non reviviscunt, nisi per dolorem revolutionis cavernarum.*

§. X. Quanquam verò *R. Abarbanel*, emunctæ naris Judæus, in *Majene hajesehuah, fol. L. col. 1.* alienum se ab hac pervulgata Judæorum opinione præbuit; hic tamen in interpretatione mandati hujus Josephiani vindicias sententiæ à se commemoratæ parat. Objectionem primò proponit ab ejusdem, quem laudaverat, *Eliesaris*, rationem tamen allegantis, autoritate: *וכבר יקשה על זה מה שארזל ששני חכמים ראו ארון של מתי שהיה בא מן חוצה לארץ להקבר בארץ אר' אלעזר מרה הועיל זה שיצאה נשמתו חוצה לארץ וכתב להקבר בארץ קורא אני עליו ותבואו ותטמאו את ארצי ונהלתי שמתם לתועבה בחייכם לא עליתם במיתתכם ותטמאו את ארצי נראה כזה שהמת בחוצה לארץ לא רי שלא הועיל לו להיותו נקבר בארץ אבל הוי' חט' גדול שטמא את הארץ ואין אכ' יעקב ויוסף השביעו שאחר מיתתם יוליכו עצמותם להקבר בארץ: At enim vero objicitur contra hoc, quod pridem observatum est Rabbini nostris, cum duo sapientes sarcophagum cum mortuo ex polluta gentilium terra viderent ferri, ad tumultandum in terra sancta, dixisse tum *R. Eliesarem*: *cui bono fit iud, cum anima ejus exierit in terra ethnica, quod adducatur cor-**

pus ad tumulandum in terra sancta? Textum ego funebrem hunc ei lego ex Jer. 11, 7. Venistis & polluistis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem. In vita vestra non accessistis, & in morte vestra huc venitis, ut polluatis terram meam. Hinc apparet, ei, qui extra terram sanctam moritur, nihil prodesse quicquam, quod sepeliatur in terra sancta; quin potius grande committit peccatum, quod terram sanctam polluit. Quod cum ita sit, quomodo Jacobus & Josephus juramento suos obstrinxerunt, ut post mortem ipsorum adducerent eorum ossa ad sepeliendum in terra sancta? Deinde respondet distinctione inter personas mortem in gentiliū regione subeuntēs, quarum aliæ piæ & sanctæ, aliæ impiæ & profanæ sint, è quibus istæ regionem sanctam, in quâ sepeliuntur, non polluant, dignæque adeo, quæ privilegio absque revolutionis dolore resurgendi fruantur. Verba ipsa, licet pluscula, dividia non erit, quia alibi non sunt obvia, recensere:

אבל התשובה על זרה היא כי יש רבים
 מכני אדם שיבלו ימיהם בטוב בתורה ובמצוות ותמיד ידכו
 לפני יי בארצות החיים ומפני דבקותם ושלמותם בחייהם הם
 ראויים לחוליקם במותם לאי ולקברם שמה וחאנשים ההמה
 אינם מטמאים את הארץ כי היו גופותיהם השמישי קרשור
 טהורים ונקיים והם המעותדים לתחיות המתים ולזרה ראוי
 שיקברו בארץ החיים ויקמו מבלי גלגול ומבלו צער ייש
 אנשים אחרים רבים מאד שיבלו בהבל ימיהם ורציהם אשה
 התאוות הנשמורת והם אשר בחייהם קרויים מתים וכאשר
 ימותו יצו את בניהם לעשות צדקה ומתנות לאכזרנים מה שלא
 עשו בימיהם ומהם יצו ויקברו אותם מעוטים בציצית ותפילין
 בהיותם לובטים בחייהם צמר ופשתים יחדו וכן יש מהם שיצו
 שיוליקו את עצמותיהם להקבר באי בהיותם בחייהם מרחיקים
 ומאסים אותה כאלו בחייהם היו רשעים ובמותם נעשו צדיקים
 ומקיימי המצוות וידוע שזרה דעת נפסד והויה לפי שהמצוות
 יעשו אותם החיים לה המתים וכאשר מאי דכתיב ועבר
 חפשי מאדוניו כיון שמת אדם נעשה חפשי המצוות:
*Sed parata ad hoc responsio, esse multos, qui dies suos bene consumserunt
 in legis & preceptorum divinatorum observatione, & jugiter ambula-
 runt coram Domino in terris viventium. Hi propter unionem cum*
 Deo

Deo & perfectionem suam in vita declaratam digni sunt, quorum corpora post mortem ad terram Israeliticam apportentur, ibidemque sepeliantur. Siquidem homines isti terram sanctam prorsus non polluant, quia corpora eorum fuerunt ministeria sanctitatis munda atque innocentia, ipsique satis parati ad resurrectionem mortuorum. Itaque & digni sunt, qui in terra viventium sepeliantur, & resurgant absque interventu revolutionis, & sine dolore. Sunt verò præterea alii quoque quam plurimi, qui dies suos tantum in vanitate consumunt, & concupiscentiis corporalibus indulgent, qui suo merito in vita adhuc sua vocantur mortui. Horum aliqui præceperunt morituri filiis suis, ut post mortem suam pauperibus eleemosynas & Legata distribuunt, cujusmodi non fecerunt superstites. Alii eorum jubent se peniculamentis & phylacteriis involutos sepeliri, cum in vita sua lana & lino simul (contra legem Deut. XXII, 11.) destiti fuerint. Atque ita sunt etiam nonnulli illorum, qui mandant, ut ossa sua transferantur sepelienda in terra Israelitica, quam vivi longissime à se abesse jussunt & aspernati sunt; quasi scilicet vivis liceret esse impiis, & in morte demum fieri justos & præceptorum Divinorum observatores. Constat autem, opinionem hanc esse improbam, propterea quòd vivi, non mortui observent præcepta, prout Rabbini nostri beatae memorie dicunt: Quid vult sibi illud Job. III, 17. Servus liber est à Domino suo? nempe docet, hominem, cum moritur, jam liberum fieri à præceptorum observatione. Tandem applicat distinctionem objectioni, verba R. Eliesaris non de priori, sed posteriori hominum classe intelligenda, & Sanctos Patriarchas non ferire: ועל כיוצא בזה אמר אלעזר: בחייכם לא עליתם במיתתכם ותביאן ותטמאן ארץ ארצי כי הנני על רשעי דורו אמר הנביא איתו פסוק שהיו מתחסדים במותתם ולא בחייהם וכבר ארז"ל שלא יוכל אדם לעשות משעטנו מרדעת לחמורו אבל יוכל לעשות ממנו תכריכין למת. שתורו בזה שהמרת הוא פטור מן המצו והחמור החי הו"ל יותר ראוי אליהם מהאיש המת ולכן לא יועיל לאדם הטוב אשר יעשה במותו אם בחייו לא היה נזהר בזה: הנה התבאר שהאבות הקדושים להיותם בחייהם טהורים וקדושים דבקים באלהותם ומשתוקקים להקבר בארץ הקדושה היה נכון אליהם. לצוות שאחרי מותם

מותם ווליתם להקבר שמה ושלמה נאמר עליהם בחייהם
 למה עליהם במיתתם ותבאו ותטמאו את ארצי כי הם
 בחייהם במחשבתם ותשוקתם היו עליו שמה המור
 ולכן במיתתם גופהם שהיו תשמישי קדושה למה היו
 : *Jam de hac altera hominum classe locutus*
est R. Elieser, cum dixit: In vita vestra non adscendistis, in morte demum
vestra venitis, ut polluat is terram meam. Nam de impiis seculi sui ver-
sus illum propheta dixit, qui benignos sese exhibent in morte, non autem
in vita sua. Caterum jam olim Rabbinus nostri dixerunt, non posse quem
facere ex heterogeneis clittellas a suo, posse autem facere ex iis am-
iculum ferali mortuo. Quo ipso docuerunt, quod mortuus liber sit ab
obligatione preceptorum, imo a suo vivus magis ad ea sit adstrictus,
quam homo mortuus. Adeoque nihil prodest homini bonum opus,
quod in morte prestat, si in vita sua ejusmodi bonis operibus non in-
claruit. Manifestum ergo est, Patres illos sanctissimos, quia in vita
sua mundi, & sancti, Deoque uniti fuerunt, atque ardentissime in
terra sancta sepeliri desiderarunt, relictissime omnino fecisse, quando
mandarunt, ut se post mortem suam transferrent in terram sanctam
ad impetrandam ibi sepulturam. Neque de iis dictum est: In vita
vestra non adscendistis; in morte venitis & polluitis terram meam.
Nam vivi cogitationibus & desideriis suis utique adscenderunt eo in-
desinenter, unde eorum demortuorum corpora, qua ministeria sancti-
tatis fuere, non polluerunt terram sanctam. Huc usque R. Abarba-
nel.

§. XI. Abarbanelis discipulus dicam, an æmulus? nostro seculo
 celeberrimus, R. Menasse ben Israel lib. II. de Resur. Mort. c. II. p.
 147. ab hac sententia recedit, & eodem autore (quem alibi aliter
 sentire, supra monuimus) totam hanc doctrinam de גלגול המתים
 revolutione mortuorum allegoricè accipiendam observat. Atque
 hinc Cap. seq. III. p. 151. ad quæstionem de Patriarcharum desiderio
 & mandato delatus, R. Eliezeris quidem & R. Josue ben Levi verba,
 è Rabbos adducit, sed aliter, quam in loco à nobis excerpto A-
 barbanel, explicat, nempe de prioritatis privilegio, quo gaudeant in
 Palaestina sepulti; idque verbis Magistrorum ex Bereschith Rabba con-
 firmat: אמרו רבותנו שני דברים בשם ר' חלבו למה האבות
 מחכבבים קבורת ארץ ישראל שמתו ארץ ישראל חיים
 החלה

Magistri nostri duo
*argumenta adferunt nomine R. Helbo, quare Patriarcha volue-
 rint in terra sancta sepeliri, quoniam defuncti terra sancta pri-
 mo reviviscunt tempore Messie, & annis Messie fruuntur.* Hæc
 dum perpendo, faciliè crediderim, Rabbinos è vera antiquorum Cabba-
 la aliquid de Sanctis cum Christo nostro resurrecturis (quod & factum
 memorat historia Evangelica, *Matth. XXVII, 52. 53.*) inaudivisse, sed
 malè ad Utopicum suum Meliam nunquam adventurum applicuisse.
 Josephum certe nostrum resurrexisse cum Jesu, B. Danhauerus ex hoc
 ejus desiderio colligit, apud Bebelium *Diss. de bis Mortuis §. XXI. p. 18.*
 Intereà quid in his & reliquis, quæ R. Menasse de hoc Patriarchali desi-
 derio habet, superstitionis Judaicæ lateat, discussum vide à Jo. Hoorn-
 bekio *lib. IIX. de Convinc. & convert. Judæis c. V. p. 558.*

§. XII. Aliter adhuc de Josepho, cur corporis sui translationem
 mandarit? R. Isaac ben R. Samuel Adarbi in *Dibre Schalom fol. CL. col. 3.*
 כיון שהיה חומר שר' יוסף נקי מכל חטא ורא נחמד
 מנוף העבירה וחזור למקום שחוצב שהוא ער ארץ ישראל
 כי כמו כשהוצב משכנו הורה החמר החונת נקי מכל
 חלוריה כן חוצר לשם נקי מכל חלוריה:
*Quandoquidem materia Josephi fuit pura ab omni peccato, neque quicquam commodi
 transgressio ex corpore percipit, ideo ad eum locum, è quo excisa est, redi-
 re debuit. Atqui is fuit pulvis terra Israelitica, Sicuti ergo materia illa,
 cum inde excinderetur, pura fuit sine rubigine: ita etiam pura sine ru-
 bigine eo redire debuit.* Illustrat hoc Veterum Parabolà è *Rabbos Pa-
 rascha Beschaltach fol. LXXXI. col. 2.* אמר ר' לוי משר' לה' ד'
 לאורכם שחכנטו יינו במרתף גננטו הנגבים ונטרו החבירת
 והכלו להם ושהו אותו וכו' בער' היין ומצאו אותם שגנבו
 החבית אמר להם שתיתם היין החזירו החבית למקומה
 כך משכם גנבו אותו שר' יוסף אותו לפי כך אמר להם
 בבקשו משכם גננתם איתו הי החזירו את עצמתי לשכם:
*Dixit R. Levi Parabolam: Cuiam assimilatur hoc? Homini, qui vinum
 suum in cella seposuit, quam fures ingressi dolium vini auferunt, indeque
 abeunt illud ebibunt. Venit autem possessor vini: eosque qui dolium
 vini surati fuerant, deprehendit. Tum dixit illis: Ebibistis vinum, do-
 lium restituite in locum suum. Similiter ex Sichem surati sunt fratres
 Josephi hunc suum fratrem: itaque dixit ad eos: Quo so vos, qui ex Si-
 chem*

chem farati estis me vivum, restituite ossa mea in Sichem. Nec defunt, qui Patriarcham idololatriæ, ad quam Ægyptii fortè reliquiis suis abuti possent, transferri inde ossa & in patria sepeliri iussisse putant. Raschi iis, quæ superius adduximus, & hoc sub Jacobi persona addit: **וְשָׁלַח עִי מִצְרַיִם** & ne faciant ex me Ægyptii idolum. Quod cum de Josepho Chrysostomum docuisset Cornelius à Lapide *Comm. in Gen. L, 24. p. 346.* confirmet, ne Ægyptii memores beneficiorum ejus, eum pro more suo facile ex hominibus deos appellent, corpus jussu haberent in impietatis occasionem; valebit hæc ratio contra reliquiarum cultum Pontificium *נח' אַνθ'ρωπ'ν*. Tantum enim abest, ut translatio harum reliquiarum illi patrocinetur, ut potius ex intentione Sanctissimi Patriarchæ fortissimè destruat.

§. XIII. Movent insuper Rabbini circa hoc mandatum quæstionem de tempore, cur translationem in tempus emigrationis diu post seculum futura, differri, neque statim à morte sua fieri voluerit Josephus? Raschi: **וְלִמְרָא לֹא הִשְׁבִּיעַ בְּנֵי שִׁישַׁאוֹהוּ לְאָרֶץ כְּנַעַן מִדְּכֹמוֹ** שהשביע יעקוב אמר יוסף אנו שליט הייתי במצרים והיה ספק בידי לעשות אבל בני לא יניחום מצרים לעשות לכך השביעם **וְלִמְרָא לֹא הִשְׁבִּיעַ בְּנֵי שִׁישַׁאוֹהוּ** Sed quare non adjuravit filios suos, ut statim se efferrent in Canaan, eo modo, quo Jacobus statim post mortem suam efferri voluit? Dixit Josephus: Ego Dominator fui in Ægypto, adeoque vix concessuri sunt Ægyptii filiiis meis, ut id faciant. Propterea adjuravit illos, ut cum liberati olim inde emigrabunt, tum demum corpus suum simul exportent. Tantundem R. Abarbanel: **לִפְיֵי צוֹרֵחַ יוֹסֵף אֶרֶץ אַחֵר שְׂמִיד אַחֵר מוֹתוֹ יוֹלִיכֵהוּ לְאָרֶץ כְּנַעַן לְפִי שִׁדְעָה שְׁלֵמָה יִתֵּן פְּרֵעָה מְקוֹם וְלֹא רִשּׁוֹת לִזְמַן אֱלֹהִים שִׁיקְבֵר** Non mandavit Josephus fratribus suis, ut statim post mortem suam se educerent in Canaan, quia noverat, non permissurum hoc Pharaonem, qui velit potius, ut in Ægypto sepeliretur, in memoriam magnificentiæ, & meritorum ejus. In quo diutino temporis spatio, quo expectandum fuit inde usque à mortè Josephi, antequam reliquie transferrentur, rationem querit R. Aben-Esra, cur ossa tantum, non totum corpus nominarit? **וְהַזְכִּיר עֲצָמוֹת כִּי כָל הַבָּשָׂר וְחֵזֶר יָרוּם תּוֹלְעִים וַיִּבְאֵשׁ וְרֵיחַ יִשְׁאַר בְּשָׁנִים** Meminit tantum ossiam, omnis enim caro & cutis generat vermes & fetida fit, ut intra paucorum annorum decursum ossa saltem

tem *refidua mancant.* Id tamen mali sibi ipsi improvidâ honoris paterni violatione Josephum attraxisse, atque his mandati verbis agnovisse, Talmudici fingunt in *Gemara Mass. Sot. p. 312. edit. Wagenf.* אמר רב יחזקיה אמ' רב מעני מרה נקרה יוסף עצמות בחיו מפני שלום מיחה בכבוד אביו דהוה אמרי ליה עכרך אבינו ולא R. Judas dixit ex ore Raf: Cur de Josepho adhuc vino adhibetur vox Ossa? Quia non prohibuit honoris paterni (violationem.) Dicebant enim illi: Servus tuus pater noster, quod nec vetavit, nec minimum quid regeffit. Aliter ad hanc de tempore quaestionem respondet Augustinus, seu quisquis autor est operis de mirabilibus Scripturæ, lib. I. cap. XV. Tom. III. Opp. fol. 346. cujus verba vel ideo non omittenda videntur, quod sententiam ex Hebræorum traditione quadam haud dubie hausit: Josephus, inquit, in *Egypto moriens, statim post mortem debet ad paternum sepulcrum noluit, sed in Egypto interim sepultura locum suscepit, & postea de ossibus suis pergenti de Egypto populo mandavit, dicens: Efferte ossa mea vobiscum hinc. Quare ergo alter ad sepulcrum Abraham in terram repromissionis protinus portatur, alter adhuc in terra Egypti quandoque deportandus sepelitur? Jacob namque pequaquam externe gentis sœminis, nisi is qui de Mesopotamia secum venerant miscebatur, ideo ad paternum sepulcrum integro corpore post mortem statim debebitur. Joseph vero Assenetz Photifaris Sacerdotis Heliopoleos filiam uxorem accipiens, externo sanguini fuerat mixtus, & ideo post mortem in extraneo terra limo conditus est. Ad terram autem postmodum repromissionis vchi voluit, dum primitus in Egypto conditus fuit.*

§. XIV. Sufficiant ista de *Mandato*, de quo præter opinionem copiosius egimus, non tamen, quod speramus, sine causa & minus congruenter, cum illud potiore argumenti partem absolvat, & quicquid restat, ad executionem mandati, sit referendum. Inhaerebimus interim distributioni nostræ, sic tamen, ut parcius reliqua perstringamus. Ad antecedentia ergo pertinet (2.) *Mors Josephi*, quam non multo post oppetiisse videtur, non quod statim eo momento, quo mandatum de sepultura dederat, diem suum obierit, sed quod inter utrumque, temporis intercesserit spatium non adeo magnum. Nihil enim rerum inter utrumque terminum gestarum narratur. Neque de morte ipsa aliud Moses memorat, quam quod anno aetatis centesimo & decimo ob-

obvenerit. Diem autem mortis nullibi designatum observo, ut diem quidem nativitatis ejus, quem R. Bechai fol. LXV. col. 4. dicit esse בתמו' א' primum Mensis Tammus, qui Junio nostro respondet. Num primus fratrum omnium mortuus? aperte Moses non dicit; Rabbinim tamen sic concludunt ex Exod. I, 6. וימת יוסף וכל אחיו Et mortuus est Josephus, & omnes fratres ejus. Imò à singulis fratribus ætate superatum tradunt, reclamante licet traditione alia, quæ Benjaminus במרחשון ומת בן קט שמה נחריד נטו' Natus die XI Mensis Marchesvan (nostro Octobri respondentis) & mortuus anno ætatis CIX. adeoque uno anno junior Josepho, apud R. Bechai loc. cit. perhibetur. Seder Holam Rabba Cap. III. p. IV. fac. 2. יוסף מת בן ק' שנה אין לך בכל השבטים שקצר ימים פחות מיוסף ואין לך מוריו מוריו בכול השבטים שחארך ימים יותר מריו Moritur Josephus anno ætatis CX. Non habes in omnibus tribubus, qui curtavit dies minus Josepho; neque habes in omnibus tribubus, qui prolongavit dies magis quam Levi. Indè porro Talmudici in Mass. Sota p. 313. edit. & versione אמר רב יהודה: in poenam id ei contigisse tradunt: אמר רב מפני מה מת יוסף קודם אחיו מפני שהנהנין עצמו אית ר. Judas, nomine Raf: Quare Josephus primus fratrum fato sanctus est? Quia ad dignitatem adspirabat. Idem è Malleches Berachoth cap. IX. refert Hakspanius ad Lippmanni Nizzachon. cap. I. p. 263. sed ita vertit: Quia se ipsum fratribus profecit ducem. Hoc tamen ipsi viderint Rabbinim, quomodo cum eo concilient, quod in Sechemoth Rabba fol. CXVI. col. 3. habetur: אף על פי שזכו יוסף למלכות למה נתנאה על אחיו ועל בית אביו כשם שדוד קטן בעיניו בתחלה שהיה עבד במצרים כך הוה אפי' Josephus dignus habitus est regno; non tamen extulit se super fratres suos, neque super domum paternam. Sed quemadmodum parvus erat in oculis suis ab initio, cum adhuc servus esset in Ægypto: ita etiam parvus fuit in oculis suis, postquam Rex fuit. Nempe XL. annis secundum à Rege Ægypti fuisse, & XL. annis ipsummet imperasse fingunt in Pirke Elieser Cap. XI. p. 25. Fallor? an & R. AbenEsra ad Exod. I, 16. hoc intendit. מתי בנוריתו ג' Mortuus est in summa dignitate. Quin & fratres ejus dies afflictionis non conspexerunt. Quanquam, cum Rex non esset, in amplissimo dignitatis gradu locabatur. Interim &

& Raschi ad Exod. I, 15. expositurus verba, Et Josephus fuit in Aegypto, cum dubium movisset, cur ea Moses expresserit? מִזְּבֵנָה לְרַקְדָּנוּ וְכִי לֹא הָיִינוּ יוֹדְעִים שְׂהוּיָה הוּרָה בְּמִצְרַיִם אֵלֵּינוּ לְהַדְרִיעָהּ? Quid docere vos iis voluit? nonne jam ante novimus, ipsum in Aegypto fuisse? צִדְקָתוֹ שֶׁל יוֹסֵף הָיָה יוֹסֵף הַרְעֵהוּ אֶת צֵאן אֲבוֹנוֹ הָיָה נִמְפֵּי לְיָדְךָ כִּשְׂדוּדָה בְּמִצְרַיִם וְנִעֲשֶׂה מֶלֶךְ וְעַמְרָה צִדְקָה: Nempe indicare tibi voluit pietatem Josephi. Idem Josephus, qualis erat, cum esset pastor gregis paterni, mansit idem Josephus, cum esset in Aegypto, & factus esset Rex. Perstitit, inquam, in pietate sua.

§. XV. Antecessit (3) Pollinctura corporis. quæ sicuti ad ejus asservationem necessaria erat, ita Aegyptiis, etiam nullâ urgente necessitate usitata, à quibus postea mos ille mortuorum corpora unguendi ad Hebræos transit. Cujus historiam cum magno autorum apparatu tenuerit B. Geierus de Luctu Hebr. Cap. V. §. 8 p. 53. seqq. non est, cur actum agamus. Saltem id præterit Vir summus, quod observatum B. Gerardo in Harm. Passion. cap. XIX. p. 95. abuisse Judæos à more Aegyptiorum in condiendi modo. Solebant enim Aegyptii corpora ventre enterato & cerebro per nares extracto intrinsecus condire; Judæi vero unguenta & aromata extrinsecus corpori applicabant, illudque deinde fasciis invollebant. Quæri igitur posset, utram Aegyptiorum, an Hebræorum more Josephi corpus condiderint? Nos quidem pro more Aegyptiorum pugnare non veremur, quem in Jacobi pollinctura Medici Aegyptii jussu Josephi haud dubie attenderunt, quemque in condiendo Josephi corpore, quod ab eisdem הַרְעֵהוּ pollinctoribus medicatum non male monuit R. Aben Esra, mutare vix licebat. Neque etiam ante Jacobum & Josephum quenquam fidelium post mortem unctum legimus, ut plane non dubitemus, quin Israelitæ morem istum ex Aegypto Palestinae intulerint, & posterioribus demum seculis immutarint. Quod autem Schickardus de J. & Regio Hebræor. theor. XIX. p. 413. corpus Josephi fumo tostam insuper fuisse, autore Uzielide tradit, id verè ut Targumista affirmet. Chaldaicum enim illud וְסִפְּרוּ אֵת אֲשֶׁר עָשָׂה לְיוֹסֵף וְסִפְּרוּ אֵת אֲשֶׁר עָשָׂה לְיוֹסֵף & suffurunt eum, de suffitu aromatico pollincturam juvante rectius fortè exposueris. Gilbertus Gaulmynius lib. II. Notar. de vita & morte Moysi cap. II. p. 288. de coronatione aut diadematis impositione interpretatus est, quod aliis dijudicandum relinquo. Certè ne phrasis repugnat, nec res ipsa adeo improbabilis, licet in Briani Waltoni Polyglottis retineatur

versio: & *suffierunt eum*. Ceterum elegans est Glossa, quam Baal Haturim ad h. l. annotavit: **וּחֲנָטוּ שְׁנַיִם בְּחַאי פִּרְשֵׁי וַחֲנָטוּ אֶת יִשְׂרָאֵל וַחֲנָטוּ אֶת יוֹסֵף כְּדֹאֲתָנָה בְּכֹרֹת דִּי־סִפְרֵי יִסְרוּנֵיהּ וְדִלְוֵהּ יִדְלוּנֵיהּ בְּשִׁבִיל שְׁחַנְטָת אֶת אֲבוּי וַחֲנָטוּרָי גַם;** *Verbum, & unxerunt, bis extat in hoc eodem capite, vers. 2. Et unxerunt Israel, & vers. 26. Et unxerunt Josephum.* Sic nempe exemplo illustratur, quod est in Masseches Bechoroth: *Qui mortuum plangit, cum vicissim plangent; Qui vocem extulerit cum ejulatu, ei vicissim idem prestabunt. Nam propterea quod Josephus unxit Patrem suum, unxerunt vicissim illum similiter.*

§. XVI. Antecessit (4) Corporis in ferale arca asservatio. De qua ipsum sibi Josephum ante mortem prospexisse, fabricatam in finem illum arcam, R. Aben Esra ad h. l. per ה Emphraticum in voce **בְּאֲרוֹן** praefixo כ Kamezato inclusum, innui hariolatur: **וְשֵׁם כְּאֲרוֹן**: *Ratio cur in בְּאֲרוֹן litera ב habeat Kamez, (quasi δευτικῶς Moses dixerit: positus est in arcam illam,) haec est, quia eam sibi ipsi preparaverat.* Aliam vero punctationis causam committit Chassekuni: **בְּאֲרוֹן הַכְּבִידִת בְּקִמָּץ** ללמדך שכתויו בהרצוהו לו והכינוהו בכר שאר אבות ל**ה**: *Litera ב in voce בְּאֲרוֹן cum Kamez scripta est, ut docearis, quod vivente adhuc Josepho eam ipsi elegerint & fabricarint; de nullo ceterorum Patriarcharum mentio fit alicujus arca.* Per אֲרוֹן Arcam vero arcam feralem, aut capulum, vel loculum, sive sarcophagum intelligi, nemo negat. Jonathan ben Uziel in Targum transfert גְּלוֹסְקִימִי quod ipsum Græcum est γλωσσέκιμον, lib. II. Anthol. c. XLVII. cap. 1. vers. 4. de fuculo funebri usurpatum. LXX. σαρῶν transtulerunt, quam vocem de Sandapila, in qua filium viduæ Nainiticae unicum efferebant, Luc. VII. 14. adhibitam legimus. B. Sebaft. Schmidius in recentissima Bibliorum versione reddit *Urnas*. Quoad Materiam communiter tradunt fuisse **מִתְּכַת** אֲרוֹן שֵׁל **מִתְּכַת** *fusilem, h. e. metallicam, vel æneam, aut ferream;* nam vox **מִתְּכַת** quodcumque fusile notat, & de quovis metallorum genere potest accipi. Imò è plumbo conflata fertur in Pehicath Mosche fol. XVI. col. 2. **אֲרוֹן יוֹסֵף עָרֵךְ עִפְרַיִם וְזֵה** *Capulus Josephi fuit plumbeus.* At Pa ricides Arabs, cujus verba Hottingerus lib. 1. Smegm. Orient. Cap. II. p. 379. excerpfit, *Josephum capulo marmoreo inclusum scri-*

scribit. De forma non memini me aliquid legere; de quantitate autem Pthirath Mosche loc. cit. וחמש אמות היתה. *Quingue cubitorum fuit.* Si quætas de Loco, in quo arcam sanctissimas reliquias capientem reposuerint, non desunt quidem è Christianis, qui in terrâ reconditam dicant; at Judæi omnes ferè ex Targum Jonathæ respondent, traditione fulti: *Submerserunt eum in medio Nili Egyptiaci.* Utum, quem sciam, autorem libri Hajafehar pag. CII. fac. i. excipias, qui in ripa Nili humatum scripsit: ארץ יוסף בארון אשר מלא בשמים וכל מעשרה וקח ויקברוהו ערל שפת היאר הנה שיהורו: *Condiderunt Josephum in arcâ aromatibus omnisque generis unguentis plenâ, & sepeliverunt eum in ora fluminis Schichor, i. e. Nili.* Cateri consentiunt in demersionem; in ratione tamen demersionis reddendâ, & circa ejus Auctorem variant. Vulgò Egyptiis id adscribunt. Sic R. Bechai: המצרים רצו להצניעו שלמה ימצאוהו אחיו לעולם ועשו *Egyptii voluerunt ipsum abscondere, ne unquam ipsum fratres ejus invenire possent, feceruntque ei arcam eneam, quam Nilo immiserant.* Id autem bono fine fecisse tradunt Talmudici in Masseches Sota loco sæpius citato: קבעוהו *Immerserunt eum Egyptii flumini Nilo, ut prosperarentur aque illius.* Sed malo animo id jussu Pharaonis ex consilio Magorum factum, in Pthirath Mosche pag. XPI. col. 2. refertur: אחרטומים ארץ פרעה רצונך שלמה תצנע אומה זו מכאן אם לנה יעלו ארץ עצמות יוסף עמחם הם לנה יצאו מפני: *In fluvium Nilum immiserunt capulum Josephi.* Sic enim Magi ad Pharaonem: *si velis, inquiebant, ne gens ista hinc exeat, fac ne inveniant ossa Josephi. Nisi enim secum ferant ossa Josephi, ipsi quoque non egredientur propter obligationem juramenti.* Contra alii id Israelitis tribuunt, in honorem Josephi, ne terrâ gentilium immundâ corpus sanctissimum pollueretur, factum, inque eo simulationem typicam quærent. R. Abraham Seba in Zeror hammor ad b. l. דאין יוסף להגות בנילוס להגין ערל ירדי ישראל שחושלכו ביארד ולהיות במם שחורים ולנה לעבוד בארץ טמאה כיוחקאל *Dignus erat Josephus, qui reconderet in Nilo, ut pres-*
gri-

gnificaret puerulos Israeliticos illic abjiciendos. Indigna vero terra illa propter impuritatem, qua ipsum reciperet, puriores autem semper habita sunt aqua, sicut & Ezechiel in regione Chaldaea sedit ad flumen Chebar, quando ipsi revelata est Prophecia.

§. XVII. Ad Antecedentia porro spectat Ossium ex Aegypto translatio, si sepulturam stricte pro ipsa illatione in locum quieti destinatum sumas. Sed nobis in ea latitudine accipere liceat, quâ translationem istam, utpote à Josepho tantopere desideratam, ad actum sepeliendi referamus. Itaque jam ad τὸ πρῶτον, seu Factum ipsum pergimus, in cujus circumstantiis occurrit (1.) *Tempus*, quod est liberationis ex Aegyptiaca servitute, à Josepho prænuntiatum. Longius vero productum est intervallum, & seculo demum integro & fere dimidiò post liberatio ista contigit, adeo ut centum & quadraginta quatuor anni inde à morte Josephi usque ad exodum intercesserint. Quamquam enim in suppuratione annorum nimium variant, quo mundi anno sive Josephus in Aegypto mortuus, sive Israelitæ ex Aegypto educti sint, determinaturi, Calvisio in opere Chronologico fol. 176. & 178. morti illius annum 2309. & liberationi horum annum 2453. Torriello in *Annalibus Sacris* fol. 274. 276. illi annum 2309. huic annum 2543. Calovio in *Tabulis Chronici Biblici* fol. 38. illi annum 2369. huic annum 2513. aliis alium utriusque termino annum assignantibus; in eo tamen fere consentiunt, à morte Josephi usque ad Mosis nativitatem 64. annos, atque inde usque ad exodum 80. annos transiisse, qui centum illos & quadraginta quatuor conficiunt. Dissentit tamen Ludovicus Cappelus in *Chronologia Sacra* p. 134. Josephum judicans anno mundi 270. mortuum, annis 138. ante exodum. Sed illam litem jam nostram non facimus, quibus sufficit, eventum prædictionis, quem pius pater moriturus de gentis suæ ex Aegypto educatione dederat, cognitum habere, atque interim spatio satis diuturno, corpus exanimum funeratione desideratâ caruisse.

§. XVIII. Jam (2.) *Funeris Curatores* si respicimus. Mose translatio ossium *Exod. XII, 19.* & *Israelitis* humatio *Jos. XXIV, 32* tribuitur. Solum ergo Mosen, cæteris alia agentibus, in illa occupatum volunt Talmudici, in *Massech. Sota loc. cit.* מילנו גרוה מיוסף שלנו נתעסק בו אלהי משה תנוככן ביה וראוה במרה חביבות מצורה על משה רבינו שכל ישראל נתעסקו בבזרה וחזנו נתעסק

נתעסק במצות שנאמר חכם לב יקח מצות ואויל שפתיים ילכטו
Quis major Josepho, circa cujus ossa nemo occupatus fuit, præter Mo-
sen? Unde Rabbini nostri hortantur: Veni & vide, quam dilecta fue-
runt præcepta Mosi Magistro nostro. Omnes Israelitæ præde erant in-
tenti, is autem præceptis vacabat juxta illud. Prov. X, 8. Sapiens animo,
accipit præcepta; Stultus vero labiis, se ipsum conturbat. Repetit ista
R. Bechai ad Parsch. Beschallach. fol. LXXXIII. col. 3. Josephi me-
rito id tribuens, quippe cui sic pietas in Parentem remunerata sit:
 שחיו ישראל משתדלים בצרכי הגוף ומתעסקים בשאלת כסף
 והחב היה משה מתעסק בצרכי נפש בדבר מצוה וכענין שכתוב
 חכם לב יקח מצות והיה ביד יוסף זכות קבורת אביו ולכך זכה
 בגדול ממנו זה משה ומשה גם כן זכרה בגדול ממנו זה
 הקדוש ברוך הוא שנאמר ויקבור אותו בגי' וכבר כתבתי זה
Dum Israelitæ in rebus corpori necessariis occupabantur, &
conquirendo argento atque auro operam dabant, Moses potius incubuit
rebus anime necessariis, præceptum (de transferendis Josephi ossibus),
observando, juxta illud Prov. X, 8. Sapiens corde accipit præcepta. Ca-
terum Josephus habuit meritum sepultura Patris sui, & propterea ipse
iterum promeruit, ut major eo ejus curam gereret, nempe Moses. Et
Mosis similiter hoc ipso promeruit, ut ejus curam gereret eo major, nem-
pe Deus sanctus & benedictus, prout dicitur Deut. XXXIV, 6. Et se-
pelivit eum DEUS in valle. De quo ad historiam Josephi pridem egi.
 השתרד
 משה רעה שהעלה את עצמותיו וחשש לשביעתי ש'
 יוסף הוא שכתוב ויקח משה את עצמות יוסף עמו כי השבע
 השביע את בני ישראל. באר הכתוב כי משני השביעה שהשביע
Occupabatur Moses Magister noster in eo, ut transferret ossa Josephi. Ti-
muuit enim juramentum ejus. Hoc est, quod Scriptura ait: Et sumsit Mo-
ses ossa Josephi secum, quia filios Israel adjuraverat. Indicat nempe
scriptura, Mosén juramentum, quo filios Israel adjuraverat, sibi indivi-
dualiter applicuisse, quasi Josephus ipsum juramento hoc obstrinxisset.
 יוסף קבר ליעקב אביו
 וקבל שכרו במי שגדור משניהם הוא משה רעה שנתעסק
 בעצמותיו

D

Josephus sepelivit patrem suum, eoque mercedem obtinuit in eo, quod major utroque, nempe Moses Magister noster, ossum ipsius curam habuerit, secundum illud: Et sumsit Moses ossa Josephi secum. Confer Raymundum Martini part. III. Pugion. fid. dist. II. Cap. IX. fol. 624. & Josephum de Voyfin in observat. ad illum f. 626.

§. XIX. Dum ista confidenter tradunt, vident sibi opus esse conciliatione cum eo, quod *Jos. XXIV, 32.* habetur, את עצמות יוסף אמר העלוי בני ישראל ממצרים *Ossa Josephi transtulerunt filii Israel ex Aegypto.* Hoc ergo, inquit, de complemento saltem operis, non de initio ejus intelligendum, quod sic edisserit R. Samuel Laniado in *Keli Jakar, fol. LVII. col. 3.* אמר, מכאן שאין המצוה נקראת אלא על שם גזירה שהרי משה העלם מוכתרים ויקח משה את עצמות יוסף ורפי שהוא לא נמדה וזאעפי שהיה אמס על פי הדבר כי לא תעבור את הירדן הזה לא נקראת על שמו אלא על שם ישראל: *Sapientes nostri fausta memoria ex hoc loco docent, non esse de observatione precepti decernendum, nisi probatione complementi ejus. Nam Moses quidem extulerat ossa, sicut scriptum est: Et sumsit Moses ossa Josephi. Sed quia ille translationem eorum non absolvit, etiamsi sibi negotium facerit, tamen cum non transtulerit Jordanem, ea hic non denominatur ab ejus nomine, sed tribuitur Israelitis, qui illam absolverunt.* Descripsit ex Gemara Mass. Sotah p. 299, in qua conciliatio his verbis traditur: בתיב ויקח משה את עצמות יוסף עמו כי השבע השביע דגן וכתוב ואת עצמות יוסף אשר העלוי בני ישראל ממצרים אמר ר' חמא ברבי חנינה כל העושה דבר ולה גמרו וכא אחר: *Videtur scriptura sibi contradicere: uno enim loco, scilicet Exod. XIII, 39. scriptum est: Acciperat vero Moses ossa Josephi secum, nam jure jurando abstinerat & c. Altero vero: Jos. XXIV, 32. Et ossa Josephi que deportaverant filii Israel ex Aegypto, sepeliverunt in Sichem. Ista conciliaturus ait R. Chama filius R. Chanina: Quando quis rem aliquam orditur, neque eam ad finem perducit, supervenit que alius, eandem absolvens, tum scriptura de eo, qui illam absolvit, ita loquitur quasi solus effectam reddidisset. Et hanc conciliandi rationem citatus R. Laniado ita comprobat, ut etiam R. Davidem Kimchinum, traditionibus Talmudicis non adeo additum*

Actum, & loca scripturae aliter conciliantem refutet. Pergit enim: והנדק כתב וקראת כפשוטו יען כי ישראל העלו אותם ומאי דכתיב ויקח משה הויה הזוהר את ישראל לקחתם כמו ויבן שלמה ויהוים לו עב' וקשרו לפי תברת עמו: *R. David Kimchi quidem scripsit, sensum Scripturae literalem hoc velle, quod Israelita illa etiam extulerint. Quod vero alibi dicitur: Et sumsit Moses; id ita intelligendum, quasi jussit Moses Israelitas ea sumere, ut 1. Reg. VI, 14. Et edificavit Salomo; & in id genus exemplis aliis. Sic quidem ille, at obstat expositioni ejus vocula SECUM, ad solum quippe Mosen relata. Videtur ergo R. Salomo Aben Melech, qui hoc in Michlal Jophi prorsus prateriit, quomodo Kimchium suum, communem illam Talmudicorum doctrinam inter allegoricos discursus referentem, defendat. Nos verba Kimchii integra recensebimus, utramque sententiam plenius exponentia: fol. CCLXI, fac. 2.* אשר העלו בני ישראל אעפ' שכתוב ויעל משה את עצמות יוסף עמו הוא הזוהר את בני ישראל להעלותם כמו ויבן שלמה ויהוים לו ובררש כל המתחיל כמצוה דאחר גומרה נקראת על שם האחרון ממנו אתה למד ממשוה דכתיב ויעל משה את עצמות יוסף עמו נסתלק משה במדבר ולא נכנס לארץ והכניסו ישראל עצמותיו לארץ וקברו אותם ונתלות המצודה בהם דכתיב אשר העלו בני ישראל ממשרים אשר העלה משה און כתוב כאן אלית אשר העלו:

De ossibus Josephi textus ait, quod ea deportarunt Israelita; non obstante, quod alibi scriptum sit: Et extulit Moses ossa Josephi secum. Ibi enim sensus est: Ipse admonuit Israelitas, ut efferrerent, sicuti etiam dicitur 1. Reg. VI, 14. Et edificavit Salomo; cujusmodi exempla plura sunt. Ceterum juxta expositionem mysticam sensus est: Si quis incipit rem demandatam exequi, quam alius postea absolvit, tum ea à posteriori nomen accipit. Id quod à Mose discas, de quo scriptum est: Et extulit Moses ossa Josephi secum; imò circa ea Moses etiam in deserto occupatus fuit; & non ingressus est in terram promissam. Israelita autem intulerunt ossa ejus in terram promissam, ibidemque sepeliverunt, atque his demum rei demandate executio tribuitur, sicuti textus ait: que extulerant Israelite ex Aegypto. Non inquam dicitur: que extulit Moses: sed que extulerunt Israelita.

§. XX. Quod (3.) Actum attinet, tergeminum observamus, in-

choativum, continuativum, & consummativum. Actum *inchoativum* miris fabulis Rabbini incrustant, ut sandapila cum Josephi ossibus Nilo submersa inventionem atque exportationem delincent. Et autor quidem antiquissimi libri, *Dibre hajamin sehel Mosche Rabbenu*, à Gilberto Gaulmynio editi Israelitas tradit juramenti sui memores de translatione ossium cogitasse, Mosen vero ea beneficio Schemhamphorasch in Nilo invenisse, indeq; eduxisse. Sic enim ille pag. XIII. fac. 1. ויהי בצאתם מצרים נזכרו ישראל מהשבעה שהשביעם יוסף ואמר פקוד ופקוד אלהים אתכם והעלותם ארץ עצמתי מזה אתכם ומשד כתב שם המפדש והשלוכו בגלגלס וכתב עלה שור עלה שור מד צף הארון ולקחו ארונו של יוסף וכל ארונות של שאר השבטים וכל א' ואחד נטר אביו וחלכו להם למדבר:

*Et factum est, cum exirent Israelite ex Aegypto, ut recordarentur juramenti, quo eos adjuraverat Josephus, & dixerat: Visitando visitabit vos Deus, tum esseretis ossa mea hinc vobiscum. Moses ergo scripsit Schemhamphora sehel, illudque cum adscriptis simul vocibus: Ascende bos, ascende bos, in Nilum abjecit. Statim Sarcophagus aquis immat. Tunc illi sumserunt hunc Josephi capulum, & cum singulis ceterarum tribuum sandapilis absulerunt, ita ut unaquaq; tribus generis sui autorem deferret, sicque pergerent in desertum. Sed in libello altero isti addito, cui titulus *Pebirath Mosche p. XVI. fac. 1. & 2.* nihil de Israelitarum opera elatione ossium Josephi impensa, habetur, sed cura omnis uni adscribitur Mosi, quaeque hic peregerit, circumstantiis admixtis quamplurimis narratur. Locum cum versione integrum adscribere, licet admodum prolixum, non gravaremur, nisi pridem recensuisset Venerandus Parens in notis ad *Schikardi Jus Regium p. 413. & sqq.* & Parallelus extaret in Gemara Babylonica *Massecheth Sota*, quam Latio donavit, notisque doctissimis illustravit celeberrimus *Wagenheilus de Uxore Adulterii suspecta p. 296. sqq.* Hos ergo omnino evolvendos commendamus, quia utramque paginam in hoc argumento facit ea narratio. Summa huc redit: Jussus à Deo Moses Israelitis redemptionem annunciat, de ossibus Josephi simul transferendis primum omnium sollicitus, cum interim in conquirendis divitiis caeteri omnes occupantur. Post triduanam laborem frustra exantlatum, obviam tandem factus Serach, filiae Ascheris, decrepitae atatis vetulae, de studio inaniter consumpto quaeritur. Hac rei conscia ad Nilum deducit Mosem, & monstrato loco:*

Hic

Hic, inquit, capulum Josephi invenies, plumbeum optimeque undique clausum, ex Magorum sententia, qui regem monuerunt, Judæos sacra-
menti religione impeditos, nisi Josephi ossa deferrent, nunquam Aegy-
pto egressuros. Tum Moses in littore fluminis consistens clamat: O
Joseph, Joseph! tute nosti adesse tempus, quo DEUS filios suos, quos ju-
rejurando obstrictos habes, liberaturus est; quare gloriam da Deo, nec
liberationem remorare, sed ascende de profundo. Nulla mora, coepit
motitari locus, & instar Cannæ undis innatat. Eum Moses propriis
humeris exceptum avexit. Hucusque fabula, quam passim in Com-
mentariis, variatis subinde, ut solet, circumstantiis repetunt. Unum
saltem R. Bechai *sol. LXV. col. 4.* adhuc producemus: מה עשה משה: פס אחר והטילו בנילום וכתב עליו עלה שור
כאמר לו יוסף יוסף אחיך נגאלים והשכינתי מכבת בערך
וענני הכבוד מעכבתם בערך אם רצונך להגלות ורעלות
עליו ואת לאו נקיים את משביעתך: Quid fecit Moses?
fumsit laminam eamque in Nilum projecit inscriptis illi verbis; ascende
bos, ascende bos! addit aqve voce: ô Joseph, Joseph, fratres tui liberan-
tur, & Majestas divina, & nubes gloria praesolatur propter te: si libera-
ri & deferri hinc cupis, ascende; si non ascenderis, absoluti erimus ab
adjuratione tua. Nemini vero admirationem pariet *bovis* compella-
tio, qbi Mosén legerit *Deut. XXXIII, 17.* Josephum vel *bovem* nomi-
nasse, vel cum eo comparasse. Et antiqua fuit traditio, Josepho Aegy-
ptios posuisse bovis simulacrum. Augustinus sive Autor *Mirabilium*
Scripturæ loco superius citato: *Aegyptii bovis simulacrum juxta sepul-*
crum Joseph statuerunt, eo quòd bos viro in agricultura comparatur.
Qua etiam causa filii Israel, cum in deserto idolum adorare vellent, non
aliam aliquam statuam quàm vitulum, id est, bovem fecerunt: hæc vel
maxime causa, quod ipse in Aegypto juxta sepulcrum Joseph adoraretur.
Probat traditionem Gerardus Jo. Vosius *lib. I. de idololatria c. XXIX.*
p. 215. sqq. sed impugnatus à Samuele Bocharto *Part. I. Hieroz. lib. II.*
c. XXXIV. fol. 337. & qui hunc sequitur, Hermanno Witsio in *deca. Quid*
c. I. p. 311. seqq. eo potissimum argumento, quod Josepho mortuo
Regem Josephi ignarum surrexisset, ex *Exod. I, 8.* constat, tantumque
adeo absit, ut mortuo templum exstruxerint, ἐν τῷ βῆε ἐτρεφεται, σύμ-
βολον φέρον & γεωργῆ, in quo bos nutriretur, *symbolum agriculturæ*
preferens, quod Suidâ autore Vosius affirmat. Quicquid tamen sit

de simulacro bovis, quod mortuo erexerint Ægyptii, certè à Judæis bovis titulum honoris ergo ipsi tributum, negandum non est.

§. XXI. Actus *continuativus* consistit in solenni reliquiarum sanctarum per desertum in Palestinam usque deductione, & toto illo commorationis tempore, etiam post Mosis mortem, summa rerum agente Josua durabat, donec terram promissam distributis inter tribus possessionibus plenè occupassent. De hac deductione ita R. Bechai. *l.e.* הנה זכה יוסף שיעללו משה רבינו ע"ה ארת עצמותיו באכלוסה היות שכתוב ואת עצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים קברו בשכם שהרי בידוע כי משפט הלוידי בקבורתו של צדיק הויה באכלוסה שהויה ששים רבוי, וכמו שדרשן ר"ל כנתינתו כך נטילתה מה נתינתה בששים רבוי, *Ecce Josephus dignus fuit, cujus ossa Moses Magister noster in solenni totius populi congregatione deduceret. Hoc enim vult Scriptura, cum ait Jos. XXIV, 32. Et ossa Josephi, que adduxerunt filii Israel ex Ægypto, sepeliverunt in Sichem. Notum quippe est, ritum de duellionis exequialis in funeratione iusti, exigere presentiam totius cætus, qui est sexaginta myriadum. Ut hic valeat, quod Rabbini nostri (de lege tabulis inscripta) tradiderunt: Qualis datio ejus, talis est profectio ejus. At qui datio ejus (ad montem Sinai) coram sexaginta myriadibus facta est. Ergo & profectio ejus (h.e. legis in deserto accepta in terram usque sanctam illatio) cum sexaginta myriadibus facta est.* Insinuat nimirum solennem processum, quo capulus Josephi ossa continens, æque ac sanctissima arca foederis, in qua legis tabulae asservabantur, quoties profecti sunt, deductus fuit, juxta traditionem, qua legitur in Mass. Sota loco *sepius citato*, p. 289. וכל אותן שנים שהיו ישר' במדבר היה ארונו של יוסף וארון של שכינה מהלכת זה עם זה והיו עיבירים ושבים אומרים מה טובן של שתי ארונות האלו אמרו אחד של מר ואחד של שכינה אטרו וכי דרכו של מר להלך עם *Universis illis annis, quibus Israelita in deserto fuere, arca Josephi, & arca Majestatis divina, juxta incedebant, Atque scubi ultro citroque commoantes, quaerent, ad quid conducerent dus ista arca? Tulere responsum, altera demortui, altera divina est Majestatis. Rogantibus porro, an fas sit, ut*

mor-

mortuus cum Divina Majestate juxta incedat? diluam: Isse implevit, quod in ista exaratum. Tale quid cæterarum tribuum capitibus, quorum ossa etiam transferebantur, non contigit. Nam qualibet tribus sui tantum Patriarchæ reliquias venerabunda quidem, at cum minori solennitate, magisque privatim deducebat. Idem R. Bechai post pauca: כר שבט ושבט העלו עצמות השבטים כנון שהאמר שבט ראובן העלה עצמות ראובן אבותם ושבט יהודה העלה עצמות *Singula tribus ossa Patriarchæ sui translulerunt. Scilicet tribus Ruben ossa Rubeni patris sui deduxit, tribus Juda Patris sui deduxit, & sic unaqueque reliquarum tribuum.*

§. XXII. Actus Consummationis ultimâ in dormitorium illatione absolvitur, quam Andreas Masius *Commentario in Josuam, ante terræ sortitionem*, alii *post eam* putant factam. Et qui posterius defendunt, porro disputant, utrum *ante*, an *post mortem Josua?* Nos uti Masio assentiri propterea non possumus, quod pacatam prius terram, & locum sepulturæ ab hostium imperu liberum Israelitas voluisse, quam tantum pignus reconderent, verisimile sit: ita de quæstione altera sententiam ferè suspendimus. Serarius in *Cap. Ull. Jos. q. XVI. f. 479.* ipsum Textus ordinem significare scribit posterius, quando post descriptam Josua mortem & sepulturam demum de sepultura Josephi agitur. Sed quid? si perfectum קברו *sepeliverunt*, per plusquamperfectum *sepeliverant*, exponamus cum Bontrerio? quæ sanè enallage Hebræis, qui Plusquamperfecto carent, est frequentissima, docente Glassio *lib. III. Philol. S. tr. III. can. XLVI. p. 642.* Nec deest ratio, cum parum videatur probabile, sepulturam, quæ vivo Josua ante plures annos, postquam à præliis quievère, fieri poterat, ad hoc usque tempus dilatam. Quibus autem ceremoniis tum usi fuerint, nec Sacra historia commemorat, nec à quoquam Rabbiorum, quantum constat, describitur. Non tamen dubium, quin omnes omnino tribus ad hæc juxta convenorint, atque ad tumbam consistentes attenderint, quid in laudem Josephi ab aliquo ad hoc officium delecto diceretur. Moris erat apud Ægyptios, ut defuncti, si à Judicibus sepultura decreta esset, oratione prolixâ laudarentur, cujus hanc methodum Athanasius Kircherus *Tom. I. Oedipi Ægyptiaci, Syntagm. II. Cap. II. fol. 124.* ex Herodoto, Diodoro Siculo, aliisque refert: *Ordientes, inquit, à pueritia, in qua vitæ institutionem, eruditionemque recensebant, ad viri aetatem descendebant, ejus ergo*

De-

Deum religionem, justitiam, continentiam, virtutesque ceteras commemorantes, invocatis vero inferis diis precabantur, ut cum inter pios locarent; ad qua verba omnis multitudo correspondebat, gloriam mortui extollens, tanquam apud inferos cum beatis semper futuri. Idem in his Josephi exequiis observasse Israelitas, eo minus dubitamus, quò magis eo tempore rituum Aegyptiacorum erant memores, praesentemque sequioribus etiam temporibus tenuisse, confirmat B. Geierus de *Luctu Hebraeor. C. VI. §. 19. p. 154.* Omittis tanten iis, quæ religio vetabat, cujusmodi fuit inferorum adoratio.

§. XXIII. Restat (4.) *Locus sepulturae*, quem Josephus ipse de transferendis ossibus mandans, non designavit, contentus, ea olim in terram patribus promissam illatum iri. Hoc R. Abarbaneli *ad locum Genesios f. CXXIII. col. 4.* ansam dedit querendi, quare non desideravit paterno inferri conditorio, in quo & patrem Jacobum, & avum Isaacum, & proavum Abrahamum requiescere noverat? הכה ליה צוה יוסף שיקברוהו במערה המכפלה כמו שצוה אביו לפי שהיה יודע שלא יקברו שמה כי אם שלשת האבות ונשותיהם בלבד וכן אמרו במכילתה שאמר יוסף אל אחיו וכשאתם מעורם אותי קברו אותי בכל מקום שתרצו מקובר אני שאיני נכנס בקברות אבותי שלא יכנס בקבורותיהם אלא שלשת האבות ונשותיהם ואחשוב אני עיר בזה שבעבור שכל השבטים ונשותיהם ליה יוכלו להקבר במערה כי קצר המצע לכלם לכן: *Eccè non jussit Josephus se in spelunca duplicata sepeliri, prout pater ipsius hoc mandaverat. Noverat enim ibi non sepeliendos esse, nisi tres Patriarchas cum conjugibus. Ita in Mechilta tradunt, Josephum fratres suos his verbis affatum: Quando me hinc deduxistis, sepelite me, ubicunque volueritis. Ego enim per Kabbalam didici, me non esse in sepulchro patrum reponendum, quippe in quod nemo intronitti debeat prater tres illos Patriarchas cum uxoribus suis. Praterca autem & hoc puto, cum singulorum tribuam patres cum conjugibus suis non potuerint in ista spelunca sepeliri, angustior enim fuit, quam ut omnibus recipiendis sufficeret, ideo Josephum illam non petiisse, ne efferre se videretur praefratribus suis. Alias de spelunca Patriarchali, quæ המכפלה h. e. sive duplicata appellativè, sive nomine suo proprio Machpbela nomi-*

... Gen. 2.
... ad pacificam
§. XXVI
... ad Prop
ברו אבות
השדה את
רת השדה
ליעקב את
ליוסף מה
לקברו פה
ל שמה ל
קבר שבו
phi, qua Isra
luerunt in Si
luerunt? du
dicere: id
in honorem
quas habuit
est, Jacobus
XLIX, 22.
accepit man
tionem Prop
lacetpergit
tunc locu
מכפלה
ה דעוב
fuito abstr
rationis p
ei pergit:
ה דעוב
קת וק
לעוב

natur, Gen. XXIII, 9. 17. 19. XXV, 9. XLIX, 30. L, 13. dici nequit, quanto opere disputent, & quot fabulis passim recenseant Rabbini. Sed ista nihil ad præsentem Andromachen, cum sanctissima Josephi ossa non receperit.

§. XXIV. Locum ergo sepulturae selegerunt agrum Sichemiticum, teste scriptura Jos. XXIV, 32. quem textum expositurus R. Abarbanel ad Propb. Prior. fol. XXXIX. col. 1. recte annotat: ספר שעצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים הביאום וקברו אותם בשכם ונתן הסבה למה קברום שמה באמרו בחלקת השדה אשר קנה יעקב רוצה לומר לפי שיעקב קנה אותה חלקת השדה ולכבוד יוסף קברוהו בנחלתו הראשונה שהיתה ליעקב אביו בארץ ישראל, ואפשר לומר שיעקב רמז זה בברכתו ליוסף ממה שאמר ואני נתתי לך שכנם אחד על אחיך אשר לקחתי פתח האמורי ומה הבינו ישראל שהיה כוונת הנביא שנתן לו Commemorat primò, quod ossa Josephi, que Israelita exportaverant ex Aegypto, adduxerint jam, & sepeliverint in Sichem. Deinde rationem reddit, quare ibi illa sepeliverint? dum ait, in parte agri, quam emit Jacobus. Hoc enim vult dicere: ideo eum sepeliverunt ibi, quia Jacob partem istam agri emit; in honorem scilicet Josephi sepeliverunt eum in prima omnium possessione, quam habuit Jacobus pater noster in terra Israelitica. Dici etiam potest, Jacobum huc respexisse in benedictione Josephi, cum diceret Gen. XLIX, 22. Ego dedi tibi Sichem, partem unam præ fratribus tuis, quam accepi manu Amorai. Siquidem ex hoc intellexerunt Israelita, intentionem Prophete fuisse, donare ei hanc urbem Sichem, ut sepeliretur ibi. Interspergit hic mysticam expositionem, in omnibus Rabbiorum ad hunc locum Commentariis obviam ex Mass. Sota fol. XIII. col. 2. לברוש אמרו משכם נגבוהו ולשכם החזירוהו והוא מנבלאות: Mystici Doctores hanc rationem allegant: Ex Sichem furto abstulerunt eum, & in Sichem restituerunt eum. Et hoc est ex mirabilibus perfecti scientiis; quæ phrasim ex Job. XXXVII, 16. petita. Postea pergit: והיו לבני יוסף לנחלה וגו' כבר פירשו בו והיה האמת שאותם העצמות חשבו בני יוסף להם לנחלה טובה כשנקברו בנחלתו לדעתם שצדקת יוסף Quod denique ait: Et fuerunt Israelis

elitis in possessionem, & c. id pridem exposuerunt, & quidem recte, de ossibus Josephi, quod illa sibi in possessionem bonam reputaverint Josephi posterius, postquam in hereditate sua sepulta sunt, cum bene nosset, pietatem Josephi constitutam (& profuturam) in aeternum.

§. XXV. Haecenus Abarbanel, bene omnia, quae sacrae literae de loco sepulturae docent, ad tria revocans capita, nempe rem, rei causam, & causae amplificationem. Neque R. Samuel Laniado, qui in grandi suo in Prophetas priores Commentario, *Keli Jakar* inscripto semper Abarbaneli, cum honoris tamen praefatione, contradicere, ejusque sententiam convellere, non tam veritatis eruendae, quam ingenii ostentandi causa studet, hinc fol. LVII. col. 3. habuit, quod reprehenderet, nisi ut insimulet plagii, quippe qui R. Davidem Kimchium exscripserit. Et negari nequit, eandem ab utroque sententiam tradi, quam dum utriusque verbis R. Laniado repetit, non potest tandem, quin per latus Kimchii Abarbanelem quoque confodiat. Nam cum uterque agrum Schematicum יוסף לכבוד in honorem Josephi ad ejus sepulturam electum scripserit, eo quod prima esset Jacobi possessio, & verò postea verbum plurale ויהיו & facta sunt, cum יוסף עצמות ossibus Josephi construant, quae facta sint filiis Josephi in possessionem; ille hoc posterius per prius illud tolli arguit. אם טעם הראשון שכתב הרדק שרכבוד יוסף רצו לקבורו שם בנחלה ראשונה שקנה אביו יעקב במאה קשיטה ויהיו תקן קשיטה הנז' ומה שיקנה מהם לבני יוסף לנחלה כי שם נפרדה גורל אפרתם ולו ואתה כי אלה תולדות יעקב יוסף אמנה הרדק זל כתב זל וחשבו להם העצמות תאלה לנחלה טובה שנקברו אצלם עצמות הצדיק

Si prior ille sensus obtinet, quem R. David Kimchi asseruit, quod in honorem Josephi sepelire cum ibi voluerint, in possessione scilicet prima, quam pater ejus Jacobus centum nummis emerit, tum illud ויהיו & facta sunt, ad centum illos nummos modo memoratos, & ad id quod illis coemptum est, referendum, haec enim fuerunt filii Josephi in possessionem, quia ibi fors Ephraimi cecidit, eidemque obvenit, quod habetur Gen. XXVII, 2. Haec sunt generationes Jacobi, Joseph. Atque non consistit, quod R. David Kimchi sensum sacrorum verborum, ויהיו לבני יוסף רכבוד & facta sunt filii Josephi in possessionem, hunc esse scribit: Et reputarunt sibi ossa illa in possessionem bonam, quod apud se sepulta essent ossa iusti, cujus merito protegerentur. At Sophistica

magis est, quam solida contradictionis obiectio. Nam posterius quidem verbum *וידין* cum *עצמות* construendum esse, disertè affirmavit uterque, prius autem, quod cum *קשיטה* construendum sit, neuter dixit, sed ex precedentium verborum exegesi, quam dederant, clicuit saltem Laniado per consequentiam, quam fortè nec Kimchi nec Abarbanel concesserit.

§. XXVI. Illud vero, quod de *emptione agri Sichemici*, & de pretio *centum nummorum*, quo sibi illum Jacobus olim vindicaverat, indicat hoc loco sacer Historicus, Rabbinus in Commentariis datà operà prætereunt, quòd ea ad expositionem loci *Gen. XXXIII, 19.* spectent, ubi illos satis quidem operose singula excussisse conspicimus, at neque nostrum est, illa huc transferre. Potissimum explicandum foret, quòdnam genus monetæ *קשיטה* *Kesita* sit, si monetam quidem, & non agnum designat, de quo admodum controvertitur. Masora nomen *נמיטר* in scriptura deprehendi observat, nempe in hoc nostro *Jos. XXIV, 32.* & in parallelo *Gen. XXXIII, 19.* ad quem remittimur, & *Job. XLII, 11.* ubi cum *זהב זהב* *monili aureo* conjungitur. R. Aben Esra exponit *קשנה* *agnam parvam* Raschi. per *מעה* *obolum*; & addit: *אמר רבי עקיבא כשהלכתי לכרתי חנם היו קורין למעה* *R. Akiba ait: cum per urbes maritimas iter facerem, vocabant ibi nummum sive obolum kesita.* R. David Kimchi in *Schoraschim col. CCCCLI.* *אמר רבי פירוש מעה וכן בדברי רבותינו ז"ל אמר רבי עקיבא כשהלכתי לערביא שמעתו שהיו קורין למעה קשיטה אבל אנקלוס תרגם במאה קשיטה במאה חרפן ותרגם Significat nummum sive obolum. Atque ita in Talmude Rabbinorum nostrorum legitur: Dixit R. Akiba, cum per Arabiam profisciscerer, audivi, quòd obolum nominarent Kesita. Sed Onkelos illud, centum Kesita, in versione Chaldaica transtulit: centum churpon. Atqui alibi pro agnis gregis, habet churpan dehan, adeoque per Kesita intellexit agnum. In recentissima versione Rabinico-Germanica redditur *Gen. XXXIII, 9* *um hundred Groschen. Jos. XXIV, 32* *vor hundred Stücke Gelds. & Job. XLII, 11.* *ein Kesita / nemlich ein Münz.* Et sic omnino putamus vel monetam esse, figurà agni fortè notatam, etsi de ejus certo pretio non constet, vel argentum tanti ponderis, quanti agnus illo tempore venum ibat. Conferantur Casp. Waserus, *lib. II. de antiquis nummis Hebraor. c. XV.**

fol. 103. Drusius ad Loca diffic. Genes. cap. XCVII. p. 118. seqq. Hottinger-
 tus de nummis Oriental. p. 103. sq. Calovius in tractatu de nummis Hebrais,
 Bibliis Illustratis praemisso Cap. VII. fol. 187. &c. Nobis ista sufficiunt.

§. XXVII. Properandum ad *Consequentia*, inter qua primum
 est *Monumentum*, quod sepulcro Josephi impositum fuisse, testatur Hiero-
 nymus in Quaestionibus seu traditionibus Hebraicis in Genesin, Tom.
 III. Opp. fol. 148. a. cum Sichemicae ditionis Josepho à patre destinatae
 meminisset: *Eodem, inquit, loco sepultus est Joseph; & Mausoleum ejus
 ibi hodieque cernitur.* Unde non de solo conditorii loco, sed simul de
 monumento ibi conspicuo intelligendum, quando Idem de locis He-
 braicis *ibid. fol. 194. e.* scribit: *Sichem Civitas Jacob, nunc Neapolis di-
 cta, juxta sepulcrum Joseph, quae à filio Emmor sui Regis vocabulum
 sumpsit.* Neque puto aliter R. Benjaminum in *Itinerario p. 39.* verba sua
 velle intellecta, quibus sepulcrum Josephi abs se in Samaria observatum
 scribit: *נבילת היתה שכם כהר עפרים ואין שם יהודים והיה
 ושבת בעמק בין הר גריזים והר עיבל ובהו כמז
 מארה כותיים שזמרים תורת משה לבודה וקורין להם
 שמרימניש — הם אומרים כי הם משכט עפרים וכינהם
 קבר יוסף הצדיק בן יעקב אבינו עליו השלום שנאמר וארץ
 עצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים קברו
 Neapolis olim dicta Sichem, intra montes Ephraim condita:
 nec ulli hic Judaei. In valle jacet inter montem Garizzim & montem
 Ebal: ubi centum circiter Cuthaei legis tantum Mosaeica observarent;
 quos Samaritanos appellant. — Ex Ephraimi tribu se oriundos
 profitentur: & in diacessi sua habent sepulcrum Josephi jussi filii Jaco-
 bi patris nostri, qui in pace quiescit; secundum illud Jos. XXIV. 32. Tum
 ossa Josephi, quae deportaverant filii Israel ex Aegypto, sepeliverunt Si-
 chemi. Quanquam enim Cippum sepulcro positum non exprimit, il-
 lum tamen vel ideo sepulcri vocabulo significari non dubitamus, quia
 R. Uri bar Simeon in *Sichus haabboth*, quem libellum cum versione &
 notis recensuit Hottingerus in *Cippis Hebraeis*, non aliter quidem de
 eo loquitur p. 35. *ובין הר עיבל ורחוק משכם כמו תחום שבת בכפר שקורין
 Sichem in monte Ephraim
 est urbs inter montem Garizzim & montem Ebal conspicua; à qua ti-*
 vere*

nero termini Sabbathici distat vicus Belata dictus, ubi sepultus est Josephus justus, super quem sit pax. Sed addit tamen postea: וְיָצַח
 Hac autem est figura ejus sepulchri; quam & ipsam subjicit, & nos inde hic exhibemus.



Neque his dissentanea tradit è recentissimis Franciscus Quaresmius; qui loca hæc omnia accurare perlustravit, utpote terræ sanctæ præsul, & Commissarius Apostolicus. Is *Tom. II. Elucidat. Terra S. lib. VII. Peregrin. I. cap. VII. fol. 803.* ubi ex instituto de sepulchro Josephi: *Offici Joseph*, inquit, fuerunt sepulta in loco parum distito à fonte, inter fontem Jacob & Sichem, à leva parte; ubi in colle & pede montis monstratur structura quadam, quæ ab hujus regionis incolis Sepulchrum Joseph appellatur, & earatione ab ipsis Turcis & Mauri: venerationi habetur, ibique Mesquitam construxerunt; estque in loco satis amano, & proximo Sichem veteri. Plura ibidem congescit de ossibus ejus in Ægypto conservatis, inventis, translatis, de Nilo terram inundante, loculumque Josephi inundante, de ove miraculose locuta, & sepulchrum Josephi ostendente, deque aliis id genus, quæ apud ipsummet legi possunt. Ea enim dissertationi nostræ intercire noluimus.

§. XXIIIX. Alterum foret *Epitaphium*, in primis attendendum, si quod monumento sepulchrali inscriptum æque cognitum haberemus, ac monumentum ipsum. At nullibi de inscriptione ejusmodi sibi visa ac lecta quicquam memorant, qui cippum ejus descripserunt, non omisuri, si tantæ antiquitatis scripturam in monumento conspicuam legissent. De ipso quidem Cippo peregrinantibus ad loca sancta monstrari solito non levis etiam suspicio esse potest, esse supposititium; sed ut demus, non ipsos illum, qualis nunc est, Israelitas justa Josepho olim facientes erexisse, non tamen ideo existimandum, plane omisisse hoc conservandæ memoriæ adminiculum. Tale enim monumentum matri quoque ejus *Racheli* statuerat Jacobus, eo loco, quo difficiliori partu extinctam condiderat, *Gen. XXXV, 20.* Unde religiosè morem istum statuas super defunctorum sepulchris erigendi adeo tenaciter Judæi servant, ut etiam in Talmudis *Massechet Schekalim Cap. II. Mischn. V. R. Nathan*

concluserit, si de residuo didrachmarum pro redemptione animæ solutarum homini jam mortuo aliquod debitum vel residuum superfit, id erigendo cippo esse impendendum: רבין נהן אמר מותר המר: רבין נהן אמר מותר המר: *R. Nathan ait: Ex residuo mortui edificant ipsi Nephefeh, sive monumentum supra sepulcrum ejus.* Nam monumentum sepulchrale Talmudicis נפש anima dicitur, cum phrasî biblica nomine מצבור *loc. cit. Gen. XXXV, 20. & ציון 2. Reg. XIII, 17.* veniat. *R. Moses Majmonides ad hunc Mischnæ textum fol. CXIV. col. 2. נפש הויא בנתן שעושין על הקבר והויא נקראת: Nephefeh notat structuram, quam sepulcro imponunt, idemque est, quod lingua sancta Zijun vocat.* Ratio denominationis est, quod monumentum instar animæ vitam & famam atque memoriam demortui conservet. Eâ de causa veteri proverbio viris in celebritate constitutis cippos exstruendos negant, in Bereschith Rabba *fol. XCII. col. I. אין עושין נפשורת לצדיקים רבניהם הם זכרוניהם: Non sunt exstruenda monumenta justis, verba ipsorum conservant illorum memoriam.* Quod Proverbium in Gemara Jerosolymitana ad allegatum Mischnæ locum *fol. XLVII. col. I. R. Simeoni ben Gamaliel vindicatur, proverbialiter accipiendum, hoc est, non de interdicto aliquo, ne viris de egregio publico bene meritis cippi post mortem erigantur, sed in laudem eorum, quippe quorum fama & memoria non tam in statuarum, quàm in librorum & meritorum monumentis floreat, uti & in solatium, si illis fortè careant.* Quod si animadvertamus, facile constabit, quomodo cum praxi veterum pariter & modernorum Judæorum hæc *R. Moses Majmonidis in Hilkoth Ebbel cap. IV. halach. IV. Tom. IV. operis Jæd, fol. CCLXXIIX. col. I. concilianda: מצוינת את כל ברת הקבורת ובנתן נפש על הקבר והצדיקים אין בנתן להם נפש על קבורתיהם טרבריהם הם זכרונם: Designandus est quilibet sepulchrorum locus, & monumentum sepulchro superstruendum. Justorum vero sepulchris non statuendum (necessario ad conservandam eorum memoriam) est tale monumentum, cum verba eorum sint memoriale ipsorum. (h. e. memoriz ipsorum conservandæ sufficiant.)* Certè enim quò magis ob justitiam & sanctitatem atque merita defunctus celebratur, eò splendidiori monumento habetur dignus, ad quod religiose precum ibi fundendarum gratiâ proficisci solent. *R. Uri ben Simeon in Jichus haabbath p. 3.*

ארר

אלה מסעי בני ישראל אשר ילכו מחורל אל חורל
להשתטח על קברי הצדיקים ע"ה בכבי יבאו ובתחנונים
להתפלל ולבקש רחמי עליהם ועל אחיהם שבגולה הש'
לחיים ושלום יקבלו תפלתנו נאולתנו אמן כן יהי רצון:
Hoc sunt itinera filiorum Israel, qua fecerunt proficiscentes de virtute in virtutem, ut proficerent se ad sepulchra justorum, super quibus pax. Accedunt cum lacrymis, & deprecationibus, ut petant & exorent misericordiam, pro se & fratribus suis, qui in exilio morantur. Deus excelsus suscipiat preces nostras, & maturet liberationem nostram, Amen! Ita sit voluntas Dei.
Sanctissimis igitur Josephi reliquiis ab ipsis Israelitis monumentum utique post funerationem erectum, quod tamen successu temporis magis cultum exornatumque, ac denuo, si forte bellorum injuriâ per cultum prostratumque aliquandiu jacuit, innovatum est.

§. XXIX. Etiâ vero inscriptionis cujusdam sepulchralis, (quibus hodie omnia Judæorum monumenta superbiunt,) nullibi vestigium aliquod comparet, non defuerunt tamen, qui ingenii vel exercendi vel ostentandi gratiâ conscriberent, inque sua literarum monumenta inferrent. Horum tres novimus. *Primus* est Jacobus Saliannus, Societatis Jesu Presbyter, ex annalibus Ecclesiasticis Veteris Testamenti, quos edidit, celebris. Is cum historiam Josephi operose texuisset, tandem pio ac debito funeris officio finem impositurus, *Tom. I. Annal. ad A. M. 2399. fol. 373.* hoc epitaphium loculo ejus affixit:

HABET HIC LOCULUS, VIATOR, THESAURUM
MAXIMUM, NEC ODOR QVEM SENTIS EX ARO-
MATIBUS EST, NE FORTE NESCIAS: SED EX
VIRTUTIBUS EXIMIIS, QUIBUS EFFLORESCIT,
QVEQVE CONCERTANT INTER SE, IN HARMO-
NIAM ODORUM SINGULAREM. FRAGRAT HIC
ADMIRABILIS CASTITAS, CUM AMABILI ÆTA-
TIS FLORE, AC VULTUS, TOTIUSQUE CORPO-
RIS DIGNITATE. HIC LATET QVI EXIMIIS A-
NIMI, CORPORISQVE DOTIBUS, MELIUS QVAM
NARDO, MYRRHA, CASIA, OPOBALSAMO CON-
DITUS EST. QVI ANIMI MODERATIONEM,

IMO

IMO DEMISSIONEM, IN IP SO PENE VERTICE RE-
 RUM HUMANARUM TENUIT. QVI DIDICIT,
 DOCUITQUE INJURIAS NON EQVARE, SED
 OBRUERE BENEFICIIS, IRASCI ET NON PEC-
 CARE: AFFLICTIONEM CONSOLATIONE TEM-
 PERARE. QVI POTUIT INTER SACRILEGOS
 IMPIORUM RITUS, ET FORTUNE BLANDIENTIS
 CONSTANTEM FLATUM, VERAM ET INTEGRAM
 RETINERE PIETATEM ADVERSUS DEUM. HIC,
 UT VERBO EXPEDIAM, JOSEPHUS EST PATRI-
 ARCHA. ILLÆ MAGNI JACOBI DELICIÆ, IL-
 LUD INFERIORUM PATRIARCHARUM DECUS,
 ILLUD COLUMN ET FIRMAMENTUM POPULI
 DEI, ILLE DUARUM MAXIMARUM TRIBUUM
 PARENS, ILLE NAZARÆUS INTER FRATRES
 SUOS, ILLE CLARISSIMUS ÆGYPTI PROREX,
 ILLE CONSULTUS, ET INTERPRES SECRETORUM
 DEI, ILLE DENIQUE QVI VERE AUDIIT SAL-
 VATOR MUNDI. ANNOS C. ET X. VIVENDO
 EXPLEVIT. XVII. QVIPPE DOMI CUM PATRE
 FRATRIBUSQUE VERSATUS, MELLITAM PATRIS
 BENEVOLENTIAM, ET O DIA FRATRUM INVI-
 DIAMQUE DEGUSTAVIT. XIII. SERVITUTEM
 ET CARCERIS ÆRUMNAS EXPERTUS EST. DI-
 VINA DENIQUE PROVIDENTIA IPSUM PENE RE-
 QVAVIT. IN ÆGYPTO MORTUUS HOCCE
 LOCULO CONDITUS ANNO MUNDI cl̄o cl̄o CCC.
 XCIX. POST CXLV. IN CHANANITIDEM TRANS-
 LATUS, DENIQUE POST cl̄o. D. XLIII. ANNOS
 CUM CHRISTO UT PIE CREDITUR RESUR-
 GENS, CUM IP SO GEMINA ORNATUS STOLA,
 BREVE M HUIUS ÆVI GLORIAM AETERNA COM-
 MUTAVIT. LIBENS GRATULANSQUE POSUIT.

J. S. S. I.

§. XXX. *Secundus est Immanuel Thesaurus, Patritius Taurinensis, celebris inscriptionum architectus, cujus in Elogiis Patriarcharum p. 44. illa legitur:*

Dulces Rachelis Primitiæ

Joseph

Ut primus evadat, undecimus nascitur,

Egregium aliquid meditante

Natura,

Quæ tot exemplaria delineavit, ut unum absolveret.

Pateriæ virtuti, Maternæ pulchritudini compat;

Ut impares fratrum mores de suo

Typo corrigeret.

In sopore vigil,

Pingente somno, futuræ dignitatis
expressit imaginem.

Sed periculosa res est eminere.

Per cognatum livorem

Vivus humatur, exhumatus divenditur.

Infelix Puer,

Vel perimatur ne imperet, vel servetur ut serviat.

Bis infelix,

Ab Eunuchō emitur, ut serviat fœminæ.

Ter infelix,

Purus impuræ servit, ingenuus captivæ:

Nam liberali mancipii specie Domina capitur.

Hic inhonestum thalamum

fugit:

Sed voto repugnat forma, pudore

auctæ:

Itaque inverecunda procacius prosequitur verecundam.

Hic Domino, quam Dominæ obloquentior fugit.

Illā denique impudentiæ impudicitia suffragante,

Arrepto pro juvene palliolo,

Indicium criminis infonti objicit.

Quid multa? favor sequitur ream, reatus infontem.

Itaque liberalius ducens Joseph.

Servili compede, quam herili amplexu constringi,

F

Car-

DISSERTATIO DE SEPULTURA

Carcerem subire maluit, quam mereri.
 Sed virtus quicquid intrat, condecorat.
 Læta ac mœsta somniant Pharaone,
 Ut ambages solvat, vinculis solvitur.
 Anguem diceres per latebras tractum,
 Ut exiret nitidior.

Ægypti fata denuncians, Ægypto præficitur.
 Nemo enim melius prospicit malis, quam qui prospicit mala,
 Itaque ore affirmato, re firmato prælagio,
 Nam ferox, non ferax tempestas
 Septennem fertilitatem septenni sterilitate devoravit,
 Nepos nimirum Natura cum prodigit, decoquit,
 Hinc optimus Promus Condus

Joseph,

Frumento gravidas Pyramides pandens,
 Calefactâ annonâ promit quod repente condiderat.
 Ita Ægyptiæ Pyramides, jam sepulchra, mox horrea,
 Ægyptios alunt quos tumulant.

Tunc Asia in Ægypto emendicante,
 Frumentatores Fratres agnoscit Joseph,
 Pia Fati Talione:

Ut ab eo vitam emerent, quem vendiderant.
 Dulciorem tamen agnitionem simulato facturus iurgio,
 Ceu furto deprehenso, ceu
 fures deprehendit,

Pati violentia amorem pectore,
 carcere fratres, includens.

Sed lubrica res Amor est:
 Medullis coercitus pupillas rumpit:
 Cœcusq; per oculos viam rimatur.

Latas igitur liquatus in lacrymas Joseph,
 Suis se proditoribus prodit.

Cœlum diceres illam domum, Astris duodecim latam,
 Sed sine sole, dum sine Patre:

Qui demum accersitus, totam fortunam serenavit.
 Omnia recuperaverat præter patriam,
 Huic ossa legavit pro oraculo,

ubi

Ubi post obitum peregrinatus, tandem quievit.

Semel mortuus,

Bis tumulatus,

Ter fletus,

Quater felix.

§. XXXI. Sic illi. Quibus *Tertium* addere possemus Jo. Baptistam Mafenculum, cujus argutam, quam vocat, inscriptionem Jac. Mafenius *part. III. Artis novae argutiarum p. 296. seq.* satis ingeniose etiam ad nostri seculi genium confictam, sed quis etate illa sepulchro talia Jacobi posteros inscripturos fuisse credat? Mittamus ergo illam, atque ipsi, quod liceat, *tertiam* fingamus, non argutiolis ineptientem, sed quam avi illius simplicitati & gravitati quæ res & verba convenite judicamus.

נקברו עצמות יוסף הצדיק בן
 יעקב הצדיק בן יצחק הצדיק
 בן אברהם הצדיק במקום הזה
 כאשר השבע השביע את בני
 ישראל לאמור פקוד יפקד
 אלהים אתכם והעליהם את
 עצמותי מזה וימת בן מאת
 ועשר שנים ויחנטו אותי וישם
 בארון במצרים ויפקוד אלהים
 את עמו ויקחו את עצמותיו
 ויעלו וקיברו אותם שם בנחלתו
 מנחתו בן עין עם שני
 צדיקי עולם נ נ נ נ נ
 F I N I S.